




4084 | 61





222594 |
|



APPENDIX
DECLARA-
TIONIS ORDINVM

Ciuitatis Gedanēsis de præ-
senti rerum statu mense

Aprilii nuper euul-
gatæ.



Sebastium Fabri Cybergi h. 1577

GEDANI

Mense Julio

1577.

H. 94





222594

|
L



MNIBVS AC SINGULIS QUORUM INTEREST, PRÆSENTIUM LITERARUM NOTICIAM HABITURIS, REPETITA SERUITIORUM, & OBLEQUIORUM NOSTRORUM CÖMENDATIONE, PRO CUIUSUIS ORDINIS & DIGNITATIS CONDITIONE, NOTUM TESTATUMQ; DENUÒ FACIMUS, NOS PRÆCONSULES, CONSULES, SCABINI, CENTUMUIRI, TOTÄQUE CÖMUNITAS CIUITATIS GEDANENSIS.

Superiori mense Aprili Declaracionem veram, quibus de causis Ordines huius Ciuitatis cum Serenissimo Poloniae Rege &c. Domino nostro clementissimo, aduersariorum impulsu, iam pridem in eam, quæ nunc etiam durat controversiam pertracti fuerint, pro rationibus innocentiae nostræ palam demonstrandis, typis excudi curauimus (quam tamē hactenus, spe cōficiendæ pacis, quod.

A 2 minus

minus ante mensem Iulium euulgaretur
consulto suppressimus) in qua præterita-
rum actionum rationes & circumstanti-
as, usque ad Responsum quod ultimum
Bridgostia nostris Internuncijs datum e-
rat, quo nobis aqua & igni interdicitur,
ac hostilia denunciantur, quæ paulo post
secuta sunt, satis prolixè demonstrauim-
us, quantum quidem res præfens exigi-
gere videbatur. Adiecumus in fine rati-
ones innocentiae nostræ, quam cum sum-
mo nostrorum omnium præjudicio va-
rijs modis in eo responso proscindi ma-
nifestum est, & his fermè terminis De-
clarationē qua de loquimur cōclusimus.

Cum autem progressu temporis,
bello iam illato, dum Ciuitas & portus
obsideri, ac palam hostilia patrari cœpe-
runt, nihilo minus actiones alie, pro com-
ponendis offenditionibus, & pace recupe-
randa

randā fuerint institutæ, non abs re visum
fuit, ea quæ vel priorib. desunt, vel in po-
sterum accesserunt, præsertim quæ paci-
ficationis tractatum concernunt, eodem
quo prius ordine, paucis saltem subtexe-
re, quò dilucidius & rerum gestarum se-
ries, et precum nostrarum perpetua sum-
ma, recuperandæ pacis assiduo studio
continuata, palam ob omnium oculos
ponatur.

AC primum inter cetera Declarationi nostræ nece-
ssariò p̄didentur addendæ literæ Maiestatis Regiæ,
quibus Conventus Inowladislauiam inveniatur, quæ cum
summo farrè nostrorum omnium dolore fuerunt coniunctæ,
cum quod in ijs non minus ac in responso Bidgostie-
ensi, nostræ fidei subiectionisq. studio perperam detrahis-
tur, tum quod harum Terrarum status & Ordines ad
partem belli contra Cinitatem suscipiendi, præter conditi-
onem à se pacis causa prius initam excitantur, quod ex
ipsarum literarum tenore liquidò cognositur.

LITERÆ QVIBVS CONVENTVS

Inowladislauensis inducitur, ad Terrarum

Prussiæ Consiliarios editæ.

A. 3.

Stephanus

Stephanus DE I gratia Rex Poloniae,
Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prus-
siæ, Masouiae, Samogitiæ, Liuoniæq; &c.
Dominus, & Transyluaniae Princeps.

Magnifice sincere nobis dilecte: Quem tamdem exi-
tum consilia & tergiuersationes Gedanensium
habeant, quorū sum fruola ac simulata subiectionis & fi-
delitatis eorum ostentatio & pollicitatio euaserit, & si
antea satis, tamen vel maximè intelleximus ex eo respon-
so, quod Rosenbergius ad nos postliminio reuersus una-
cum Syndico attulit. Non putamus ignorare Sync. T.
quid hoc omni tempore cum illis actum sit, quid Thorunij
tractatum, quam longa expectatione & patientia eorum
obstinatas voluntates etiam cum nostra indignitate tule-
rimus. Et speramus quidem post multas & frequentes
tractationes Rosenbergiū paulò ante à nobis isthuc able-
gatum alias pacis stabiliendæ rationes adferre deo-
buisse, nihil tamen attulit. Etenim valetudinem adver-
sam causatus Gedani restitit, Ciuitasq; per Doctorem
Lemkium Syndicum plura adbuc quam antea nobis scri-
pto obtulit & flagitauit. Que quidem eis videbamus ad
extrahendum tempus tantummodo comparata fuisse, tan-
men ut clementia & benignitate nostra vincerentur, eos
rum omnibus petitionibus acceptis & diligenter examina-
tis, finem his omnib. tractationibus talem imposueramus.

In primis

In primis quidem Responsum & declarationem conditionum à nobis oblatarum illis dedimus, cuius exemplū S. T. mittimus. Grauamina quæ ipsi soli poteramus abrogare, dato Priuilegio abrogauimus, Cōmissionis negotium ad futurum Regni cōuentum reiecimus, ut de eo ex omnium Regni ordinum consensu decernatur. Formam confirmationis Iurium in amplissima forma citra omnem exceptiōnem illis dedimus: ut nihil supereisset, quod eorum animos obstinatos à præstanta fidelitate, ac relinquēda temeritate retrahere posse videretur. His itaque constitutis, sex dierum spaciū datum est ut Senatui & Cōmunitati ea omnia videnda mitterentur. Expectati sunt duodecim dies, quibus cunctationem hanc certam pacem parituram esse credebamus. Eice autem Rosenbergius cum Syndico aduenit, Responsum nobis attulit, in quo non modo ea, quæ pacto, & responso nostro conclusā fuerunt, inuersa sunt, Verum etiam multa alia adiecta, quæ non modo dignitatem nostram, verum etiam iura publica perstringere videbantur. Etenim ducenta millia, quæ nos non placationis, sed debitorum Regno retētorum nomine ab illis paeti eramus, quæ ipsi etiam tempore constituto soluerē promiserant, in tempus postea longissimum ac incertum transtulerunt. Cōtributionem accise abiecerunt. Regalia nostra quæ nobis à Ciuitate singulis annis pendi solent, in dubium vocarunt, Cōmissionem abrogari autoritate solummodo nostra extra conuentū voluerunt. Cum Regno nihil

nihil se habere cōmune scripserunt: & alia que non como-
memoramus, quæ ex hoc illorum responso, quod etiam
mittimus, f. cīlē S. T. intelliget Quid Saluo conductu du-
rante fecerint, omnib. notum est. Internuncijs pacis pre-
textu ablegatis, nihil minus quam pacem in Ciuitate tra-
etarunt. Hanc propugnaculis & ante muralibus extru-
ctis munierunt, militem qui dimitti debuit auxerunt, eru-
ptiones multas fecerunt, ex villis & domibus Nobilium
pradas egerunt, villas incenderunt, Euentus ut demon-
strauerit, illos non pacificationis sed ludificationis causam
nobiscum egisse. Tacemus alia eorum innumera in nos &
Rempub. commissa delicta, iam videmus eorum animos
planè obcæcatos in perniciem suam ruere, sed nobis Deus
testis est quod lenis & clementis Principis officio haele-
nus vsi sumus, & curauimus ut illos ad sanam rationiq.
obsequentem mentem reduceremus. Nihil profecerunt
hortationes, Legationes, persuasiones, cunctationes no-
stræ. Expeclatum diu est, cum summa etiam & nostra
& Reipub. indignitate, nihil est prætermissum, quod ad
quietem & tranquillitatem publicam retinendam perti-
nere videretur. Quid igitur aliud restat faciendum, quam
ne nobis & Reipub. desimus, atq. ut sequamur & susci-
piamus ea consilia, quæ ratio suadet, & instus dolor ex-
primit. Quæcum ita sint non dubitamus Sy. T. pro suo
ergo nos & Remp studio nobis consilio & auxilio non
defeturam. Conuocamus Senatores Regni Inowladisla-
uiam

uiam ad 15 diem Martij, Dabit igitur operam S. T. vt eō
veniat, & eam manum quam poterit, in subsidium no-
bis & Reipub. adducat. Quo in genere quidcunque S. T.
nostrī & Reipub. causa fecerit, id certe non frustra im-
pendet. Etenim nos eam quam debebimus officij ipsius ra-
tionem suo tempore habebimus. Ad Turcarum Impera-
torem mittimus Generosum Iohannem à Szienno Castel-
lanum Haliciēsem, cum præscripto Legationis eo quod in
Comitijs Thoruniensibus conclusumerat. Missuri itidem
Oratores ad Moscorum Principem sumus, quibus vero
cum mandatis mittere debeamus, & quam longi temporis
indicias cum illo constituere, hortamur vt S. T. nobis
consilium suum per Cubiculariū nostrum perscribat: quod
hanc Legationem statim mittere velimus, cum hoc nego-
rium isto rerum statu moram pati non videatur, pro gra-
tia nostra & officio suo S. T. secus non factura. Quam
bene valere cupimus. Datum Bidgostij xi. die Februaryj
Anno Dñi 1577. Regni vero nostri Anno primo
Stephanus Rex.

Appendix literarum.

Iam igitur armis petendos esse decreuimus, & contra
illos Decretum rebellionis extendendum duximus, quod
certè consilium à nobis non voluntas sed necessitas extor-
sit. Ad id igitur spectat & pertinet hoc etiam vt Sync. &
Fid. vestra duo millia peditum nobis oblata quamprimum

B apud

apud nos s̄istant, atque ut quam celerrimè conficiantur
omnino carent. Contributionem præterea Accisæ nobis
per Sync. & Fid. vestras promissā & conclusam in The-
saurum nostrum inferant ac inferri carent, atque hoc v-
trumque tam miles quam pecunia ut quam citissimè, cele-
rius etiam quam in conuentu Graudentinē conclusum
est, statuatur, Sync. & Fid. vestræ efficiant. Cupimus
enim occasionem nullam prætermittere, nostræ & Reip.
iniuriæ ex Ciuitate rebelli quam primum vindicadæ. No-
tæ sint præterea vobis rationes Cōmeatus subministrandi,
ut suscepti belli ratio ordinata fiat, ac nemini damnum ac
præiudicium adferat. Nos vero dabimus operam, ut mi-
litari disciplina in bonum ordinem redacta, bellum hoc
isti Provinciæ nullum damnū adferat, atque deinceps oīa
ita conficiantur, ut agnoscant omnes Deum bonæ parti
fauisse, & nunq̄ secundauisse impios & sceleratos subdi-
torum conatus erga Regem & Dominū, nulla ipsis causa
sed ne suspitione quidē male causæ obnoxium. Cupimus
ut Syn. & Fid. vestræ rem in cōmune quam primum con-
ferant, aut quod iam constitutum habent, quam celerrimè
nobis explicent. Cupimus Sync. & Fide. vestras bene va-
lere. Datum Bidgosti die xj. Februarij Anno Domini
M. D. Lxxvij. Regni vero nostri primo.
Stephanus Rex.

Non minus mœrori nobis fuerunt vniuersales literæ,
possim sparsæ, quæ diuersas in publica Ciuitatis sa-
lute,

lute, Ciuium factiones innuere videbantur, ac ideo qui
Regiae Maiestatis partes fouverent, cum rebus & bonis
suis intra præstitutum tempus Ciuitate iubebantur ex-
cedere. Enim uero neminem bonum Ciuem animaduertiu-
mus qui non saluis priuilegijs & libertatibus publicis,
intra Ciuitatem manens, subiectionis fidem Regiae Ma-
iestati præstare vellet, neque necessarium erat, ut ideo
quisquam ad pleniorum fidei testificationem lares suos
remq; familiarem desereret. Literæ de quibus loquimur
tales ad nos perlate sunt:

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ &c.

Significamus præsentibus quorum interest vniuersis
& singulis, harum noticiam habituris. Quod cum
naturæ legumq; ratio iubeat bonos præmio, malos autem
pœna affici, & videatur aequitati consentaneum esse, ubi
mali bonis miscentur, efficere, ne vtrorumq; vna eademq;
ratio habeatur, sed isti quidem clementiæ, illi verò seueri-
tatis sententiæ subijciantur. Ideo nos cum accepissimus,
in Ciuitate Gedanensi rebellionis ac defectionis nefaria
nota hoc tempore contaminata multos esse probos & mo-
destos ciues, qui pessimorum ciuium consilia abhorrent, ac
in fide nobis et Regno debita persistant, eius tamen in Ci-
uitate cōditionis sunt, vt malis admixti, & inter spem ac
metum positi isthic hæreāt, his itaq; cōmiseratione dignis
subuenire volentes, ne in pœnas perduellium incurvant,

Vitæq; fame & facultatum suarum iacturam patientur,
ex clementia nostra concedendū esse duximus, prout hisce
præsentibus concedimus, ut omne periculū Vitæ fortunariq;
suarum euitantes, infra totos viginti dies inclusuè à data
præsentium computandos è Ciuitate Gedanensi discedere,
migrare, et se à consortio & societate rebellium segregare,
libereq; ac tuto cum rebus ac facultatibus suis egredi
possint ac valeant, Ita tamen, ut sine furo & fallacia, fi-
delitatem suam nobis re. & nomine testentur, & literas
passus à nobis siue à præfecto militiae nostræ capiat. Qui-
cunque vero post præfatos viginti dies in Ciuitate Geda-
nensi permanserint, hos omnes cuiuscunque conditionis
sunt, infames, rebelles, perduelles, hostes patrie habendos
esse decernimus ac iudicamus. Quod vt ad omnium noti-
ciam deueniat, has præsentes voce præconis publicari, &
in portis Ciuitatum & oppidorum affigi mandauiimus.
In quorum fidem sigillum nostrū apprimi iussimus. Da-
tum Bidgostij die xij. mensis Februarij Anno. 1577.
Regni vero nostri Anno primo.

Ex Commissione
S. R. M. propria

Petrus Dunin Volski
No. Epūs Pr. & R. P. Cancell.

Cæterum superioribus literis ad Terrarum Consili-
arios scriptis permotos, res ipsa nos monebat, ut ad
Eosdem Grudenti tum congregatos, in hanc sententiam.
denuo perscriberemus.

Ad:

Ad Consiliarios & Status Terra- rum Prussiæ.

SAlute & obsequiorum cōmendatione præmissa &c.
Quanquam non ita pridem ad Reuerendiss: Mag:
Gen: & Sp. Dom. vestras de statu rerum præsentium
sigillatim, quæ necessaria videbantur, perscripsimus: ta-
men cum audiremus Easdem cum cæteris Statibus, literis
ac postulatis Regiæ M̄tis adductas, Grudenti conuentum
agere, faceremus non potuimus, quin nunc etiam horum tem-
porum conditionē, quæ nisi maturo consilio prouideatur,
toti Prussiae perniciem allatura videtur, ijsdem ad animū
denuò reuocaremus.

Ac primum quod ad literas Serenissimæ R. M̄tis
attinet, quibus præter meritum insimulamur, quasi per
nos haclenus stetisset, quo minus rebus controuersis in pa-
catum deductis, pax & tranquillitas recuperata fuerit:
certò nobis consciū sumus, & compluribus literis testati
fuimus, nos in omnibus hanc ob rem institutis actionibus,
pro summis facultatum nostrarum viribus, eas inire vo-
luisse conditiones, quibus nec fidem, nec subiectionem, nec
ullam equitatis rationem, conciliandæ paci parem, detre-
claremus. Nam quod dicitur priuilegium nobis pro gra-
uaminum abolitione datum, priuilegorum verò cōfirma-
tionem in amplissima forma concessam, illo quidem idcir-
co parum nobis prospectum videtur, quod præcipua gra-

uaminum capita, quæ maximè nobis oneri sunt, ad cognitionem Comitiorum Regni reje ciuntur, ex quibus ut plurimum illorum controversia descendit.

Hoc enim pacto non solum Ciuitas, sed vniuersa Prouincia maximum sanè iurium et priuilegiorum præindictum patitur, quandoquidem notabiles cauſæ, quibus verbis publica nostrorum omnium incolumitas continetur, quæ non in Comitys Polonicis, sed in ipsa Prouincia cum consilio Consiliariorū Prussicæ tractari, terminari, definiti debebat. rebus ac iurib. Polonicis cōmiscentur. Sic enim contrarijs exemplis, præcipuum hoc principalis Priuilegij caput, in abusum trahitur, & interpretatione sinistra prorsus euertitur. Deinde per nudam priuilegiorum confirmationē parum nobis utilitatis accedit, nisi grauamina & abusus eorundem tollantur, quibus non abolitis, haudquaq. libertates, iura & Priuilegia manent integra, sed summa cum nostrorū omnium iniuria ad nihil rediguntur. Proinde Reuerendiss: Mag. Gen. & Sp. Dom. vrās perquam reuerēter ac diligenter oramus, ne p̄pensæ nimis esse velint ad quamvis sinistram de nobis opinionem concipiendam, sed innocentiae quoq. nostræ rationibus locum aliquem benignè relinquant.

Non ignorant ipsæmet, quibus modis per annos aliquot, nō nos solum, sed etiam vniuersa p̄uincia fuerimus afflicti, quibus item interpretationib. libertates & priuilegia in sensum plane sinistrum detorta, sic ut vix unum illorum

illorum caput sit, quod nō vel corruptum fuerit, vel planè
subuersum. Quò minus vitio nobis verti potest, quod cum
nostra, tū cōis patriæ priuilegia, q̄ & ipsa nobis cōmunia
sunt, sarta rectaq; perpetuò cupimus. Sanè nihil hic aliud
quærimus, de solis libertatib. ac priuilegijs agitur, q̄ maio-
res nostri suis facultatibus, suoq; sanguine pepererūt. Ho-
rum vestigijis inhærentes, vt eadem priuilegia posteris per
manum tradamus, eo quo nos accepimus modo, non maxi-
mè solum optamus, verum etiā debito quodam adstriclos
nos opinamur. Nec interim verò fidem & subiectionem
detrectamus, nedum pacem aspernamur, quam vti semper
præ rebus cæteris petiuimus, ita nunc etiam omnibus facul-
tatum nostrarum viribus redimere non recusamus. Qua-
propter iterum atq; iterum diligētissimis precibus rogamus
benignè velint operam dare Reuerēdissimæ Mag: Gen. et
Sp: Dom: vestræ, quibus cōmunis patriæ salus ex officio
Senatoriali plusquam cæteris incūbit, quo mature periculis
imminentib. quam optimè cōsulatur, & R. M̄tis animus
ad tutiora consilia pmoueatur, ne sit necessum totam pro-
uinciam eo quo iam inceptum est modo, vastari, vel vna
nobiscum ad extremam redigi calamitatem.

Neque certè confidimus, Eas ad oppugnationem:
nostris suppetias duorum millium militum comparaturas.
Meminimus enim, hanc eius rei ab initio fuisse rationē,
vt vel militem eum pro securitate prouincialium in tres
mensē alerent, vel ineundæ pacis gratia nonnullam pe-
cunia summam conferrent. Verum

Verum cum nihilominus audiamus, nouas contributiones
laudari, munitiones, arma, & instrumenta bellica ad nos
oppugnandos ex Ciuitatibus subministrari, facile quidem
intelligi potest, quid tandem inde mali consecuturum sit,
vniuersae nempe prouinciae & incolarum, qui bellicis in-
iurijs maximè sunt obnoxij, vastitas, clades, & exitium:
nec vlla profectò poterit tam exacta, disciplinae militaris
ratio confici, vt non maximam inde damnum ad prouin-
ciam redundet. Meliora sanè sperabimus, & in Earun-
dem Dom. vestrarum intercessione, consilio, & solicitu-
dine belli abolitionem, pacis autem redintegrationē sitam
fore, confidimus: præsertim quod etiam alias ob caussas
pestis hæc leuibus initijs exorta, latius aliquantò serpere
possit, quam nunc aliquis cogitatione complectatur. Non
est obscurum, qua temeritate nuper Ernestus V Veierus
Danos quosdam sub vicino maris promotorio aggressus,
pecunia, mercibus, ac rebus omnib. spoliauerit, ac euacu-
atis demum nauibus hoc remiserit. Quod si Serenissimus
Danie Rex, qui iam antea naues instruetas & armatas
in p[re]cinctu habet, subditorum iniurias vlcisci volet, quan-
tum inde detrimenti ad incolarum plurimos, quantum pe-
riculi ad portum nostrum redundabit? Quid si eadem oc-
casione alij quoque Principes ad arma deueniant, quanto
labore tantum incedium poterit spongi? vt taceamus mer-
ces omnes, que ex Regno deuehuntur, vna cum nauibus,
que per fretum Danici maris excurrere solent, discrimin
pignorationum,

pignorationum, & direptionis, in eorum qui se lesos hoc
loco conquerentur compensationem, quodquaq; euasuras:
nobis autem ac ceteris itidem cōmerciorum & nauigandi
liberum ysum penitus ademptum iri.

Præterea certis rumoribus huc afferunt, Ciuium
nostrorum merces & bona tam in Regno Poloniae, quam
in terris Prussiae passim, etiam à Consiliarijs nonnullis,
pignorari, confiscari, vel prædæ exponi. Quod uti eodem
iuris ordine, quo superiores iniuria, procedit: ita minimè
fuerit iniquū, damna Ciuium illorum, ex rebus, mercibus,
& pecunij, quas incolæ Regni & Prussiae non contem-
nendas in Ciuitate reliquas habent, eodem modo resarciri.
Quo maioribus votis expetendum, ut æquis ac prudenti-
bus rationibus, & publicæ quæ videntur imminere cala-
mitates, & priuatorum iniuriæ, quātum adhuc fieri pos-
sit, mature amputentur. Neque merito nostro quis dixe-
rit, ob Oliuensis monasterij destruclionem, isthæc mala
nobis inferri. Nam cum Abbatis istius consilia minimè
nos lateret, ac aperte intelligeremus, per Ernestum V Ve-
erum castris & munitionibus locandis locum eum deligi,
quibus Ciuitas oppugnaretur, magis ex ysu Ciuitatis vi-
debatur monasteriū destruere, quam obsidionis perpetuae
diuerticulum vltro præbere, præsertim cum iam publicè
nobis aqua & ignifuisset interdictum, & hostilia quæq;
denunciata.

Tandem illud etiam recordari sine dolore non pos-
sumus,

femus, Internuncios nostros, præter publicarum literarū fidem, & securitatis pollicitationem, captiuos detineri, & præter superiores iniurias & contumelias, nunc etiam durius quam æquum est, tractari: qui cum mandati sui præscriptum excedere nō potuerint, nihil certè per se mali cōmeruerunt. Quare cum nec aditus ad Regiam Mīem, nec locus liberè de Republica dicendi nobis relictus sit, quinimò potius oīa quæ fideli & sincero à nobis animo pertinentur, in contrariam partem accipiuntur, denuò quam maximis possimus precibus rogamus, vt apud Reg. Maiestatē Reuerendiss: Mag. Gen. & Spect. Dom. vestræ, cum pro publicæ tranquillitatis cōmodo, tum quod ipsarū etiam vt plurimum interest, auctoritatē suam interponere per Internuncios suos non grauentur, & æquis & tolerabilibus conditionibus quicquid est cōtrouersiarum, sine Ciuitatis extremo detrimento pacificè componatur, bellum et inde prouentura mala quam longissimè propulsentur. Quantum in nobis est, neq; fidem subiectionis, neq; rationem æquitatis ullam, saluis iuribus & priuilegijs nostris, merito desiderari patiemur, &c: Gedani die xvij. Martij Anno Domini M. D. Lxxvij.

A Dea rescripsérunt dñi Consiliarij, Se quidem iam ante hoc eodē in negocio nec labori, nec intercessio- ni, nec facultatibus suis in Accisa conferenda pepercisse, quod existimassent hoc modo controuersias oēs componi debuisse, nec immerito se dubitare, nūquid amplius operæ sibi

sibiforet hoc impendendum: præsertim quod rem iam
longè apertius in discrimen adductam, Regiae verò Ma-
iestatis offenditum magis ac magis prouocatam anima-
ducerent: Nihilominus tamen, ne deinceps quoq; publico
pacis conciliandæ studio defuisse viderentur, denuò se lite-
ris suis apud Regiam Maiestatem intercessuros, ac operā
daturos, si quibus imminentि calamitati remedij occurri,
et in tranquilliores statum prouincia reduci posset.

Scripsimus in eandem Sententiam ad Dominos
Regni Consiliarios, vicinorum etiam Regum ac Princi-
pum intercessionem humiliter implorauimus, nihil reliquū
facientes, quod ad pacem conditionibus æquis et honestis
retinendā, et calamitates q̄ bellum comitari solent auer-
tendas pertinere videretur. Verum uti postea res ipsa do-
cuit, nihil his omnibus proficere potuimus.

Exemplum literarū ad Dominos Cor- siliarios & Status Regni scriptarum.

R Euerendissimi, Illustriſſimi, Illustres, Magnifici ac
Gen. Dñi, &c. Conieclura facile assequimur, nos,
oboris hisce difficultatibus, quibus, prob̄ dolor, præter
meritum et omnem expectationem nostram, nunc confli-
ctamur, apud Reuerendiss: &c. D. vrās traduci, quasi i-
sumus, qui non tantum S. Reg: M̄ti Dño nostro clemen-
tissimo rebellare, sed etiam rationes nostras ab incliti Po-
loniae Regni rationibus se iungere, et ei ultimū valedicere
decreuerimus.

Notum est autem dubio procul Reuerendiss: &c. D. ve-
stris, nos in præsentes difficultates nō temerario quodam
ausu aut rebellandi animo delapsos esse, sed propter elec*ti*-
onē Regiam, cui nostra suffragatione ita accessimus, vt ab
ea, propter varia quæ à Romano Imperio & eius socijs,
non tantum huic ciuitati, sed etiam vicinis Regionib. im-
pendere videbantur pericula atque incōmoda, nobis tam
facile recedere non fuerit integrum, sed in oēs partes ad-
uertendus erat animus, ne, cum de nobis potissimum terra
mariq; agatur, præsens damnum atque periculum, cum
omni vicinia, contraheremus.

Interim vero multoties & per literas & per Inter-
nuncios nostros testati sumus, nihil de nostra fidē, obedi-
entia ac subiectione dubitandum esse, nos exemplo Maio-
rum nostrorum nihil minus facturos quam vt fidem fal-
leremus, & rationes nostras ab incliti Poloniae Regni ra-
tionibus sciungeremus. Quomodo vero nihilominus poti-
ora ciuitatis bona devastata, & nos publicorum hostium
numero habitifuerimus nihil hic attinet dicere, cum ea
Reuerendiss: &c. D. vestris existimemus esse notiora, quā
vt longiori explicatione egeant, Quamuis eam ob rem ne-
minimum quidem admittere voluerimus, quod ab obediē-
tia fide et subiectione nostra alienum esset, sed quām pri-
mum licuit, ad Sac. Regiam M̄tēm Internuncios nostros
ablegauimus, qui subiectionem nostram deferrent, & ni-
hil amplius submisē peterent, quam vt Sac. R. M̄tas nos
penes.

penes Religionem Augustanæ confessionis, iura, Privilegia, libertates & antiquas consuetudines, abrogatis quæ per hosce aliquot annos proximos contra irrepererunt incommode atque difficultatibus, clementissimè conseruare dignaretur, atque ut nobis ad eius Mts gratiam, oblitteratis omnibus ex hisce erroribus enatis offensis, redditus benignissimè pateret. Et quamuis res omnis ex integro componitum non posset, cum Thorunij Sac. Mtas Reg. publica Comitia indixisset, nos tamē ut extra omnem culpam nos poneremus, in nobis nihil desiderari passi sumus, ne y responderi possemus, qui bello nos mintus necessario implicare constituissemus, sed Syndicum nostrum Thorunium quoque misimus, ut securitatis literas pro Internūcijs nostris impetraret, & simul innocentiae nostræ rationes, & quo in statu res nostræ essent, cum ore tenus, tum per literas, quas eius fidei cōmiseramus, explicaret. Is vero in hospitium ita conclusus fuit, ne pedem yspiam efferre posset, Quin Magnificus D. Palatinus Sandomiriensis, ad quem, præsentib. adhuc aliquot alijs Senatorib. vocatus fuerat, literas nomini Regio inscriptas in ipsius conspectu aperuit, atque perscrutatus est antequam ad Sac. Mtem R. perferretur, Cum reliquis vero omnibus, quæ tam ad Reuerendissimas &c. D. vestras, quam reliquos proceres perscriptæ fuerant, proposito interdicto, ne quidquam earum cuiquam exhiberet, domum ad nos, impetratis tamen pro Internūcijs nostris publicis literis remissus fuit. Quibus cum con-

ditiones fermè impossibiles additæ fuissent, diu multu m^q
deliberauimus, num Internuncios mittere vellemus nec ne,
verum vicit plurimorum sententia, qui affirmarent cum
ex aula Sacræ Maiestatis Regiæ, tum aliunde quoque per-
ferri, Nihil aliud Maiestatem Regiam quam animum de-
missum & humilem, humiles ac supplices preces exposce-
re, Ea igitur in parte ne quidquam etiam prætermisisse
existimari possemus, Internuncios nostros, præter omni-
um fermè hominum expectationem Thorunium ad gene-
ralia Comitia ablegauimus, ut eam subiectionis & obedi-
entiae nostræ sententiam non tantum Sacræ Maiestati
Regiæ, sed omnibus etiam in vniuersum Statibus &
Ordinibus Regni & omnium reliquarum Prouinciarum
submisso studio peragerent, innocentiae nostræ rationes in
publicis Comitijs explicarent, & quo in statu res nostræ
essent omnibus exponerent, Verum in conspectum Reue-
rendissimæ &c. Dominationis vestræ & reliquorum Or-
dinum admitti non potuerunt, sed mandata sua seorsim
quibusdam deputatis Regijs explicare, & præterea nemici-
nem vel ex Senatoribus vel reliqua nobilitate adire coacti
fuerunt. Quinimò contra aperta verba literarum securi-
tatis, quarum exemplum Reuerendissimis &c. D. vris
transmittimus, ita in custodiam conditi fuere, vt facino-
roforum instar nusquam illis egredi liberum aut tutum
fuerit. Deinde ad tractatus ubi peruentum esset, ne quid
nobis merito imputari posset, ita nos ad retinendam in
cōmuni

communi Repub. pacem & tranquillitatem publicam
comparauimus, quemadmodum nullam vñquam ciuitatē
etiam manifestissimae rebellionis conuictam, quo criminē
famam nostram semper vacasse extra controuersiam est,
fecisse ullis historiarum monumētis proditum est, cum su-
pra vires facultatum nostrarum, exulcerato hoc rerum
statu, Ciuitatis rationib. nūc valdē attritis, & ære alieno,
propter Poloniæ Regnum oppressis, modo Sacra Regia
Maiestas nos penes iura, Privilegia, libertates & consue-
tudines nostras, abolitis quæ in contrarium irrepserunt
grauaminibus, conseruare clementissimè dignaretur, non
vero alicuius debiti gratia, ducenta florenorū millia, qua-
tuor saltem annorum spatio exoluenda humillimè obtule-
rimus. Et ne quid ad recuperandam Mts R. gratiam, &
cōmunem tranquillitatē conseruandam quoquo modo de-
esseret, Status etiam & Ordines harum Terrarum centum
florenorum millia se datus esse receperunt, modo miles
abduceretur, & omnia in pristinum statum reduceretur.
Verumeorum omnium nulla haberi potuit ratio, sed
supradictæ pecuniae summa in tam angusto tēporis spa-
cio nihilominus à nobis extorqueri cæpta fuit, quo eam
cogere omnino fuit impossibile, Et id præterea à nobis po-
stulatum est, sine quo Ciuitatis rationes nullatenus consi-
stere aut saluæ esse possunt. Accessit etiam illud quod
præcipuorum capitum Privilegiorum nostrorum gratia
ad Comitorum cognitionem reieclifuerimus, cum quibus
nobis

nobis ex harum Terrarum Priuilegio nihil cōmunee s̄t,
Cum omnes notabiles cauſſæ quæ has Terras concernunt,
cum harum Terrarum Consiliarijs in hisce Terris traditā-
de terminandæ & diffiniēdæ ſint. Præterq; quod Priuile-
lia noſtra, in quorum libero uſu & pacifica poffeffio-
ne, cum maioribus noſtris ſupra centum Viginti annorum
ſpatium atque ita ſupra hominum memoriam fuimus,
nunc tandem Comitiorum cognitioni Decretis ſubjicere
nulla ratione poſſimus.

Hisce vero omnibus non attentis, nihilominus in
admodum angusto temporis ſpacio tam ingens pecunia
uis à nobis extorquebatur, quo eam cōſtarare non fuit poſſi-
ble, Et cum citra damnum & detrimentum noſtrum ir-
recuperabile eo modo præſtari non poſſet, Internunci⁹ no-
ſtri in Poloniæ Regnum, in quem locum neſcimus, contra
aperta literarum ſecuritatis verba abducti, & nobis per
Syndicum noſtrum literæ ſub manu Regia & Regni Si-
gillo miſſæ ſunt, quibus non tantum fama & existimatio
noſtra indignis planè modis proſcinditur, ſed Decretum
cuius promulgationi ab initio propter obſeffa omnia iti-
nera, intereffe nō potuimus, quo perduellionis præter me-
ritum noſtrum damnamur, publicatur, omnis ſecuritas
tam terra quam aqua nobis adimitur, & tanquam impis
in principem & patriam hominibus aqua & igne inter-
dicitur, quemadmodum id Reuerendiss: &c. D. veſtræ
ex adiecta earum literarū copia melius cognoscere poterūt.

Ex

Ex supradic̄is igitur omniibus Reuerendiss: &c.

D. vestræ colligere dignabuntur, num in nobis, quo ad fidem, obedientiam & subiectionem nostram, quidq̄ desiderari passi fuerimus, & num satis caussæ sit, fideles subditos flamma & ferro persequi, bona Reipub. deuastare, innocentem sanguinem fundere, & nobiscum tanq̄ cum fœdissimis hostibus, vel illis hominibus agere, qui rationes suas ab incliti Poloniae Regni rationibus vñquam separare constituerint, quod nullo tempore in mentem nostrā venisse, aut ad cogitationes nostras penetrasse, ille nobis testis est, qui corda & renes hominum scrutatur.

Et licet nobis objici possit, nos pl̄erisq̄ defectionis suspicionem præbuisse, eð quod militem externū conscripserimus, et etiamnum in Ciuitate retineamus, & quemadmodum non ita pridem famam de nobis vulgatam fuisse cognouimus, quasi familiares nostros in Germaniam ad accessenda externa auxilia, & ineundas de mutādo principe rationes, mittere debuerimus, Item quod vicinum nobis Oliuen Monasterium solo æquare præsumpserimus: tamen optimæ mentis conscientia nos consolamur, neminē verè dicturum, nos militem rebellandi animo collegisse vel apud nos alere, Cum illum ab initio, allatis ex varijs locis belli rumoribus, tantum ad tutandas Ciuitatis portas conscripserimus, Neque eius numerum augere constitueramus, nisi bona ciuitatis hostiliter occupata, deuastata, igne absympta, homines trucidati, abducti, in perpetuam seruitutem

D seruitutem

seruitutem venditi, & animus noster ad alias suscipiendo
das cogitationes impulsus fuisset. Quod vero illum eti-
annum apud nos retinemus ea causa est, quod miles Va-
rys in locis tam Regiomonti quam in Germania quoque
per Ernestum VVeierum conscribitur, illiq[ue] locus comeandi
Neotichi, in insula maiori, & in agro Puceñ, in hac no-
stra vicinia, assignatur, qui nobis varys modis insultat
& dira omnia minatur. Quamuis nos nihil minus pacis
percupidi, maiorem iam equitum partem exauctioraueri-
mus, et reliquos etiam mittere cuperemus, nisi à nobis missi,
ab Ernesto VVeiero aduersus nos illico conscriberentur.

Quod etiam familiares nostros in Germaniam ad
accersenda externa auxilia, et ineundas de mutādo Prin-
cipe rationes mittere debuerimus, non existimam⁹ quenq[ue]
futurum, qui id se ita habere assuerare possit, sed euena-
tus, Deo benè iuuante, docebit, nos id in rem nostram, nō
tatum pro cōmodo huius ciuitatis, sed etiam totius Regni
Polonie esse. Oliueñ Monasterium quod diruere ac des-
moliri coacti fuerimus, occasio non ex nobis sed ipso Dño
Abbate profecta est, ex cuius indicijs cognouimus, Erne-
stum VVeierum opportunum quendam locum sibi & suo
militi eligere debuisse. Cum autem locum magis oportunū
ad incomodañ huic Ciuitati & eius rationibus non inue-
niremus, satius esse duximus Monasterium illud deicere,
quam hosti oēs nobis damnū inferendi occasiones præbere.

Ex quibus omnibus circumstantijs nihil dubitam⁹
quin

qui Reuerendiss: &c. D. V. aperte p̄spiciant, non tantū
in nobis culpæ residere, quantum in nos, p̄ter omne meritis
tum nostrum, ab aduersarijs, qui per hosce aliquot annos
nihil aliud quam huius vrbis excidium et sanguinem no-
strum sitierunt, conyicitur. Et eam ob causam maiorem in
modum et obnoxie rogamus, obsecramus et obtestamur, vt
hæc negotia q̄ magnam secum molem trahere videtur, pes-
nitius considerare, in medium consulere, & autoritatem
suam apud Sac. M̄iem R. gratosissimè interponere dig-
nentur, vt oēs istæ, p̄ter expectationem nostram, enatæ
difficultates absq; cōmuni incōmodo sopiri & complanari
possint, cum hoc malum, quod leue fortassis quibusdā vi-
detur, latius serpere possit, quam quisquā nunc cogitatio-
ne assejuitur. Existimamus enim Reuerendiss: &c. D. V.
iam antehac cognouisse, quomodo Ernestus V Veierus non
ita pridem quasdam naues Danicas, aliquor saltē ab hiis
milliaribus, vi aggressus sit, omnib. bonis spolianerit &
nihil reliquifecerit, quod ad extremū illorum excidiū pti-
nuerit, vnde facilis cōiectura est, Sereniss. R. Daniæ, qui
aliquot naues onerarias cū triremib. nō paucis instruetas
habere dicitur, id aequo animo minimè laturum, sed data
opportunitate illud damnum atq; detrimentū huic vicinie
daturum esse, quod oēs ha Terra vix auertere poterant:
Præterq; quod verendum est, ne per eam occasionem multi
Germaniae & aliorum locorum Principes excitentur, qui
eas difficultates concilient, quas humana ratione assequi
difficile sit.

D 2 Præterea

Prieterea cum fermè omnes naues ex his locis per fances
Sundicas & Regnum Daniae necessario transire cogan-
tur, periculum est, ne illæ vicissim detineantur, & illis qui
Ernestum V Veierum spoliati sint tantisper concedantur,
donec ipsi damnum hic illatum plenè sarcinatur, Quod
quanto cum periculo atque detrimento harum Terrarum
coniunctum sit, Reuerendiss: & c. D. vestræ gratosissimè
expendere dignabuntur. Adhæc non tantum rumore
quodam sed etiam constanti fama hoc perlatum est, mer-
ties nostras nō tantū in Regno Poloniæ sed etiam in hisce
Terris sequestrari, & in publicam quasi prædam exponi.
Quod vero quam graue nobis sit, ipsæ Reuerendiss: & c.
D. vestræ cogitent, & vix nobis temperare poterimus,
quintam Regnolarum quam indigenarū aqud nos ex-
tantia & bona & debita, illorum viuissim potestati per-
mittamus, quorum bona vel sequestrata vel in publicam
prædam data ostendentur, Quas autem difficultates ea res
paritura sit Reuerendiss: & c. D. vestræ conjectura facil-
lime reperient. Atque ea propter tanto maiori studio ob-
secramus & obtestamur, dignetur eas gratosissimè inire
rationes, quibus Sac Reg. Mtas ad alia quærenda media
quibus omnes hæ præter nostram expectationē enatæ dif-
ficultates spongi et componi possint, inducatur, cum fidem,
obedientiam & subiectionem non detrectemus, neque in
nobis quidquam desiderari inquam passi fuerimus.

Sin vero & quissimarum precium nostrarum nulla
ratio.

ratio haberi, sed præter meritum nostrum, iuribus, Pri-
uilegijs, libertatibus & consuetudinibus nostris, quarum
saltem conseruationem, & incômodorum atq; grauami-
num quæ contra ea irrepserunt abolitionem humillimè pe-
timus, vis aliqua inferri debet: Deum & Reuerendiss:
&c. D. vestras testamur, Nos ijs matis atque incômodis
quæ inde quoquo modo subsequi possint occasionem nullā
præbuisse, Cum toties iteratae supplicationes nostræ nō au-
ditæ nec acceptæ fuerint, & nos tñ ita nos comparaueri-
mus, ut omnium rectè sentientium censuram atque iudi-
cium ea in parte facile feramus, Cum aliam pacem, atque
iura, libertates & Priuilegia nostra, Maiorum nostrorū
sanguine parta, denuo cum omnium fermè facultatū no-
strarum profusione redimere, & ita nos comparare volue-
rimus, ne de fide obedientia & subiectione nostra quisquam
dubitare potuerit, neque etiamnum possit.

Postremo cum Internuncij nostri contra præscri-
ptum literarum securitatis in exilium illud, præter omnē
expectationem nostram & omnium gentium iura missi
fuerint, obsequiosè & obnixè rogamus atq; obtestamur,
dignentur apud Sac. Mīem Regiam Reuerendiss. &c. D.
vestrae gratiofissimè intercedere, ut pristinæ libertati quā-
primum restituantur, Cum nihil magis omnium incolarū
animos percellere visum sit, quam quod Internuncij Ciui-
tatis contra aperta Saluiconduclus verba in custodiâ con-
dití fuerint, Et omnino sunt dubij quantum in posteram

non tantum suscep̄tis trālationibus sed etiam literis Re-
gij s̄ fidei habere debeant.

Quam nostram sollicitudinem atque intercessionem
pro fidei nostrae debito suscep̄tam & interpositam ut Re-
uerendiss: &c. D. Vestræ pro suo candore gratosissime
accipere dignentur maiorem in modum & obnixè roga-
mus atque obsecramus, Easdem immortali Deo cum cu-
mulatissima rerum omnium accessione diutissimè saluas
& incolumes summa animi deuotione cōmendantes. Da-
tum Gedani die 10. Marci Año 1577.

Porrò quid pro liberatione captiuorum Internuncio-
rum vtrò citroq; literis agitatum fuerit, quibus ma-
xime de Saluo conductu, cuius nomine passim iniuriam
captiuis fieri conquerimur, disceptatum sit, ex sequenti-
bus liquido pateat.

Literæ Ordinum ad Regiam Maiesta- tem pro detentis Internuncijs.

Serenissime Rex ac clementissime Dñe, Perlatum est
ad nos, Sereniss: Reg. M̄tēm Vestrām Internuncios
nostrōs, quos pro subiectionis nostrae officio, ad euitandā
omnis generis pericula, freti literis securitatis Sacre M̄tis
Vestræ, ad generalia Comitia Thorunium alegaueramus,
vbi M̄tās Vestrā eos denuò Saluo conductū suo Regio ad-
bibita propria Regia manu & Regni Sigillo, ne ullam
de ipsorum securitate posset oboriri dubiū, clementissimē
munire

munire dignata fuit, ante dies aliquot Bidgostia in Polonia
abduci curasse. Quare nos qui eos ad Sacra Mitem ve-
stram ablegauimus, & illis ut iter illud ad generalia Comi-
tia susciperent, iniunximus, opere præmium facturos exi-
stimanimus, si præsentes nostras literas ad Mitem vrām
R. submissè daremus et humillimo studio rogaremus, Ne
S. M. V. R. Internuncios nostros literis Mts vestræ ma-
nu ppria subscriptis & Regni Sigillo appresso munitos,
quibusq; ea clementissima promissio facta fuit, vt post su-
sciptarum tractationum determinationē domum ad nos
securè redirent, contra diuinum & ipsum ius gentium eo
pacto pgrauare dignetur, neue quaæ alia multarū Regia-
rum virtutum prædicatione passim extollitur, illud sibi
nomen adsciscere eamq; famam subire, quod fideles subdia-
tos, quibus nihil magis vnq; in votis fuit, quam vt recuperata
Maiestatis vestræ Regie gratia, nullam malo occa-
sionem præberent, contra præscriptum literarum suarum
in extremum periculum coniecerit.

Non autem speramus nos ullam Maiestati vestræ
ad eas suscipiendas cogitationes occasionē dedisse, cum fer-
mè supra facultatum nostrarum vires, ad recuperandam
Mts vestræ gratiam, si qua in parte offendisse existimari
possemus, ita nos comparauerimus, quemadmodū nul-
lam unquam Ciuitatem fecisse memoria proditum est.

Et plane cōfidimus, Sereniss: Mitem R. clemētiores
adhuc inituram rationes, nec minus necessarium bellū aut
Christianis

Christiani sanguinis profusionem, quam nos vnicē euitare
semper cupiuimus, quamq; in rem oēs facultates nostras
detulimus, vt pax & tranquillitas in cōmuni Repub. cō-
seruari possit, suscepturnam esse, sed potius liberalitate fi-
deles subditos, qui subiectionem & obedientiam nunquā
detrectarunt, quam metu & austeritate in officio retentu-
ram esse. Nos viciissim ita nos comparabimus, quemad-
modum fideles & humiles subditos, Saluis iuribus &
Priuilegijs facere conuenit. Iterum atq; iterum submis-
rogantes, dignetur Internuncios nostros pro sua Regia
clementia & bonitate ad nos clementissimè remittere, &
nobis responsum optatum ad has nostras literas benig-
nissimè dare, &c. Datum Gedani 20. Febr. Anno 77.

Ad quas literas Dōmini Cancellarij
sic responderunt:

Scipissitis ad Sac. Regiam M̄tēm dominum nostrum
clementissimum litteras, quas amanuensis quidam
nunciorum Ciuitatis Regiae Torunensis buc Bidgostiam
attulit, traditas illi à quodam Iacobo Ridier, cum Toru-
nio Bidgostiam nuncios subsequeretur. Quando de ijs li-
teris resciuimus, diu sane quid nobis faciendum foret per-
plexi fuimus, vtrum eas acciperemus, & acceptas Sacrae
R. M̄tē recitaremus. Quo minus eas acciperemus, & R.
M̄tē recitaremus, retinebat nos humanitas, quam erga-
banc Ciuitatem etiam peccantem retinemus, vt scilicet cu-
piamus,

piamus, si nō possit cōciliare sibi gratiā R. M̄tis, ne illius M̄.
magis offendat, Itaq; cum animaduertissimus, vos prioribus
vestris scriptis, asperiora verba aspersisse, verebamur ne si q̄
in his quoq; litteris reperiretur asperitas, M. R. satis iā à Vo-
bis alio modo offensam, magis irritaret. Nō recipere itidē al-
tera ex parte inhumanū videri potuit. Cū p̄fertim nihil resta-
ret, quo min⁹ nobis in mente veniret, vos errore agnito, tandem
fortasse de officio vestro cogitare cepisse, et literas hāsc scri-
psisse, quib. id quod antea R. M. debuistis, vos exoluturos,
p̄fiteremini. Accepimus igitur eo consilio, vt eas primum ipsi
aperiremus & plegeremus, quod pro iure magistratuū, quos
in hoc regno gerim⁹, nobis licebat. Eo cōsilio, vi si eae literae, ad
reconciliandum vobis gratiā S. R. M. utiles esse posset, illius
Mt̄as ostēderemus, sin min⁹, de errore in quo hæretis vos ad-
moneremus. Perlecta literis animaduertimus, nihil vobis de
pristina animorū vestrorū obfirmatione decessisse. Hoc solū
vōs agere, vt nuncij vestri Gedanū remittantur, graui & cū
acerba expostulatione: eos detineri cōtra ius diuinū, ac omniū
gentiū, et cum laudis, ac existimationis S. R. M. periculo. Ne
igitur bac noua & insigni iniuria, S. R. M. magis magis q̄
offenderetur, non putauimus illi reddēdas esse literas hāsc, e-
ipsa indignas, vobis, si reddeātur, pnitiosas. A nobis autem
hoc habete, Salui cōduclus hanc primā & potissimā legē fui-
se, diserte cū potestas hīsc nuncij veniēdi Toruniū daretur,
p̄scriptam, vt, milite dimisso, et ciuitate pacata, veniret, ac ve-
niām deprecarentur. Hoc nō solum minime factū fuisse, sed
sub traclationis tēpus, nouū militem adduēlū, copias ex vrbe,
q̄ nobilum ac aliorum subditorū S. R. M. domos ac possessio-
nes vexarunt, diripuerunt, exafferunt, emissas constat.

Quibus rebus et si à vobis ipsis Saluus conductus violatus fuerit, nihil tamen adhuc graue de hisce nuncijs vestris S. R. M̄t̄as constituit. Nec cōstituet, nisi de re tota simul. Ea ratione, vt quandoquidem Ciuitas peruersorum hominum fraudulentis consilijs ac factionibus concitata, remedia leniora & paterna spernit, nec ullum insolentiae suæ modum habet, operam det, vt eam necessarys remedys ad officium reducat, & vt illius improbos, ac factiosos ciues, causam huius mali, adeptus, coniunctim de ipsis statuat, & hac corruptela & tetralue, Ciuitatem purget, & liberet. Valete, Bidzostia die iij. mensis Martij, Anno Dñj M. D. Lxxvij.

Petrus Dunin V Volski nominatus Ep̄ii Pr̄emislien, & Regni Polonie Cancellarius.

Ioannes Zamowski de Zamoſcie, R. P. Vicecancellarius Belsen, Knisneñ, Zamcheñ Capitaneus.

Responsum Ordinum ad literas Do- minorum Cancellariorum.

R Euerendissime & Magnifice Dñe, &c. Literæ Re-
uerendiss: & Magnifica D. vestrarum nobis an-
te dies aliquot traditæ, et in corona nostrum omnium pu-
blicè perleet & fuere. Ex quibus cognouimus Reuerendiss:
& Magnifica D. vestris nostras literas, quas non ita
pridem ad Sacram Mt̄em R. Dominum nostrum cle-
tissimum Internunciorum nostrorum nomine humillimo
studio perscripseramus redditas esse, Et quam solitudinē
babuerint,

habuerint, ne Sacra Mīas Reg. per eas magis offendere-
tur &c. Quo nomine, quād etiam quod pristinam erga-
nos humanitatem & benevolentiam retinuerint, Rene-
rendiss: Mag. D. vestris immortales plane ac permagnas
agimus gratias. Quamuis nihil magis in votis habuissē-
mus, quād ut Sac. Mīi R. illæ nostræ literæ traditæ &
perleclæ fuissent, cum nihil aliud humillimè & demississi-
mè petierimus, quam ut Internuncij nostri custodia illa,
liberati, securè ad nos ex prescripto literarum securita-
tis, domum redire possent, Atque existimauimus nostri,
tanquam honorum virorum, illud esse muneris, omnem
curam atque solicitudinem pro Internūcijs nostris & eo-
rum liberatione adire. Quod vero addidimus illos contra
ius diuinum & omnium gentium abductos esse, non spe-
rauimus ea re, Sac. Mīem R. offendere, cum Rene-
rendiss: & Mag. D. vestris, ex iure & scripto & omniū
gentium notum sit, Internuncij id non imputari, quod
ab ijs peccatum videri possit (quamvis ea in parte innocē-
tiæ nostræ rationes sæpius ostenderimus) à quibus missi
& ad suscipiendum Internūciorum munus impulsi sunt.
Nam si nobis virtio vertitur, quod conditionibus in Salutē
conductu propositis cō nō satisficerimus, quod miles à no-
bis conscriptus missus non fuerit: optassemus quidem ad
eam rem commodè perficiendam, cum idoneum ac suffici-
ens temporis spatiū, tum eam occasionem, qua nobis mi-
litem præter voluntatem nostram diutius retinendi caussa

vulla data fuisset. Nos enim militem mittere iussi sumus,
cum interim alijs fermè in conspectu & oculis nostris, ra-
pinis, homicidij & incendijs modum nullum facerent,
Quæ nos cum extrema fermè nostra internetione & exci-
dio spectare, & tamen nos non cōmouere debuimus. Et
quāvis ea non eo modo perpetrata, & nobis militem reti-
nendi talis occasio data non fuisset, tamen id Internuncij
imputari non potuisset. Cum literæ securitatis non Inter-
nuncij, sed nobis & vniuersa cōmunitati datæ fuerint,
Et Internucij non suo, sed nostro nomine eò prosectori sunt
& munus illud Legationis suscepient, eamq; ob causam
nō eo modo traclari debuissent. Ac liuet prior es literæ ipsis
patrocinari non potuissent, tamen posteriores Thoruny
de nentissimè concessæ, eos ab eo onere meritò subleuare
debebant, cum in illis ea expressa verba continantur;
Quod liberum illis esse debeat, ad illud temporis spatum,
quo suscepta traclatio atque compositio durauerit, securè
vltrò citroq; cōneare & denique ad suos domum redire:
Quam securè autem vltrò citroq; cōneare potuerit, illis in
cūstodiā ita conditis, vt nusq; egredi tutū aut liberū fuerit,
vt taceamus, quod nunc postremò accidit, Reue. 6. liss: &
M. D. vestris notius est, q; vt dīj s multa scribere necesse
sit. Et quāvis dici audiamus, posteriores literas tantum
prorogationem esse priorum, tamen ipso iure posteriores
prioribus semper derogant, nisi earum expressa mentione
in posterioribus fiat. Militis autem in posterioribus nu-
lam mentionem fieri tam certum est, quam quod certissi-
mum.

num. Si itaque prioribus conditionibus in posterioribus
literis cautum esse debuisse, nihil necesse fuisset addere
illa expressa verba: Quod liberum illis esse deberet, post
finitam negotiorum compositionem, domum denique ad
suos redire. Imò etiam si absque ullo Salvo conductu ad
Sac. Miēm Regiam à nobis subiectionis deferenda gra-
tia missi fuissent; Non tamē videmus, licet à nobis quid-
quam commissum esset, quamobrem Internuncij detinere
et in custodiā dari deberent. Ex quibus cum Reuerēdiis:
et Mag. D. vestræ gratiōsē animaduertant, eas nostras
literas, non offendēdi gratia, ad S. M. R. humillimo stu-
dio p̄scriptas esse: quanti possumus maximis precib. enixē
rogamus, dignētur pro ratione efficacij sui, nihilominus cō-
tentia illarum nostrarū literarum, si asperius scriptas esse
indicauerit, quod nos factum fuisse non existimaueramus,
M. R. gratiōsissimè pro singulari sua benevolētia et hu-
manitate explicare, et S. M. R. Dominū nostrum clemē-
tiss: eò benignè inducere et pmouere, ut Internūcys nostri
ad suscep̄ias tractationes reuertendi potestatē ex præscri-
pto illorum mandatorū q̄ nuper famato Ioanni Bolemano
no publice tranquillitaris retinendae studio transmisimus,
clementissimè faciat. Quod quemadmodum ad retinendā
cōm pacem plurimum facturū esse indicamus, ita etiam in
nobis nihil desiderari patiemur, et illud studium humanis-
tatem ac benevolentiam omnibus quibus poterimus modis
reisfa de Reuerēdiis: et Mag. D. vestris quouis tēpore
pmereret conabimur.

Ad posteriorem vero illarum literarum partem,
qua Reuerendiss: & Mag. D. vestræ scribunt, Nihil
graue adhuc de Internūcijs nostris Miēm R. constituisse,
nec decreturam nisi de re tota simul. Ea ratione, vt quā-
doquidem ciuitas peruersorum hominum fraudulentis cō-
silijs ac factionibus concitata, remedia leniora & paterna
ſpernat, nec ullum in ſolētiae modum statuat, operam det,
vt eam neceſſarijs remedij ad officium reducat, & vt il-
lius improbos ac factiosos ciues, cauſam huius mali adepa-
tus, cōiunctim de ipsis statuat, & ea corruptela & tetra-
lue Ciuitatem purget & liberet quod attinet, dolemus
Sanè ex animo, nos in eam ſuſpitionem incidiſſe, cum
nunq y fuerimus, neque per Dei gratiam futuri ſimus,
qui ullum in clito Poloniae Regno infidelitatis argumen-
tum præbuerimus, ſed ita nos potius gafferimus, vt cuius-
uſ cēſuram & iudicium ea in parte facile feramus. Atq.
eam ob cauſam maiorem in modum & obnoxie rogamus,
ne eiusmodi verbis famam noſtrā, quam ijs criminibus
ſemper vacaffe, nihil ambigimus, extenuare, nec existima-
re velint, nos quidquam contra officij noſtri debitum ten-
tare, quemadmodum animos Reuerendiss: & Mag. D.
vestrarum maleuolorum persuasionibus occupatos video-
mus, quaſi factionibus laborare, & alter abſque altero in
bis diffiſillimis Reipub: negotijs quidq statuere aut agere
debeat, ſed hoc ſibi potius perſuafum habere, omnia una-
uimi conſensu, cōmunicatis consilijs, fieri, vt alicui ſeor-
sim

sim nihil eo nomine imputari possit. Cum ad retinendam
cōmunem tranquillitatem, ad retinenda Priuilegia & li-
bertates nostras, hæc omnia à nobis omnibus, summa co-
gente necessitate ita in actum deducia fuerint. Nec aliam
causam videmus, cur hæ Terra flamma & ferro mise-
randum in modum, quemadmodum pròb dolor captum
est vastetur. Nos enim si quis respiciat, nonne ab initio,
quamuis Cæsar is electioni nostra suffragatione ita accessio-
mus, vt ab ea sine cōmuni incommodo nobis recedere non
effet integrum, nihilominus eam esse animi nostri senten-
tiam diximus, quod rationes nostras ab incliti Poloniae
Regni & harum Terrarum rationibus sciungere nō de-
creuissimus, de fide obedientia, & subiectione nostra du-
bitandum nō esse? Nonne ad eam peragendam sententiam
Internūcios nostros Grebinum primum, deinde ad publi-
ca Thorunen Comitia alegauimus, vt omnibus in genere
innocentie nostræ rationes ostenderemus? Nonne ad re-
cupерандам Sac. M̄is R. gratiam, si qua in parte offen-
disse existimari possemus, omnes fernè facultates nostras,
ducenta nimirum florenorum millia obtulimus, & ita
nos comparauiimus, quemadmodum nullam vñquam ciui-
tatem fecisse historiarum monumētis proditum est? Non-
ne ad deprecandum Internūcios nostros Thorunium mi-
simus, & ita nos per oīa gessimus, quemadmodum fideles
Subditos decet? Sed quid quæsumus hacenus obstitit, quo
minus hæc negotia complanarentur, quam ne Priuilegio u-
confirmatio

cōfirmatio, daretur, et ne grauamina, sine quorum aboli-
tione Priuilegia cōsistere & salua esse nulla ratiōe possūt,
tollerentur? Quod de iure nobis cōpetebat, quod nunc am-
plius in dubium vocari non potest, cum in Priuilegiorum
vſu cum maioribus nostris supra hominum memorīa fue-
rimus, ex eo omnis buius mali causa conflata est, Quam
autem recte, ȳ rident, qui Sac. Mīēm R. eō impulerunt.
Sed nos nihil dubitabimus, quin Deus qui mortalia iustis
oculis aspicit, ea aliquando reuelaturus & in apricū de-
ducturus sit, & quam tum ȳ, qui nunc omnes adhibent
artes & media, ne ea Sac. Mīēm Reg. à nobis ad amūsim
explanentur, gratiam relaturi sint, videbunt.

Quā enim præteriorum annorum res gestæ S. Mīēm
Reg. Principi nuper in hoc Regnum aduentati note esse
possunt? Quaratione ab aduersarijs nostris nobis & Pri-
uilegijs ac iūrib. nostris varijs modis detracītum sit, Quo-
modo omnem operam nauarint, vt nos paulatim viribus
& Priuilegijs omnibus exutos, sub iugum mitterent. Sed
Reuerendiss. & Mag. Domini, ea Priuilegia nostra ma-
iorum nostrorum nō tantum facultatibus, sed etiam san-
guine parta sunt, multum sudarunt, antequā iugum exca-
uterent, & nos libertati pristinæ restitutos ad incliti Po-
loniae Regni sceptrum vltro ac sua sponte adducerent, &
nihil posset excogitari iniquius, quam nunc eam illis gra-
tiam in nobis suis posteris referri.

Atque cum nullas sufficientes cauſas subesse
existimemus, Sac. Mīēm Regiam ad sumenda aduersus fi-
deles

deles subditos arma impellendi, Reuerendiss: & Mag. D.
vestras, quantis possumus maximis precibus rogamus &
obtestamur, dignentur suam, qua apud M. Reg. pluri-
mum possunt, autoritatem gratiosissimè interponere, ac
intercedere, vt alias clemètissimè dignetur inire rationes,
quibus omnes istæ enatæ difficultates pacifice sopiri et cō-
poni possint, cum saluis Priuilegijs & iuribus nostris fi-
dem obedientiam & subiectionem non detracemus, neque
in nobis quidq; desiderari vñquam passi fuerimus. Neque
de singulari humanitate & benevolentia Reuerendiss: et
Mag. D. vestrarū dubitabimus, quin suas partes benig-
nè interposituræ sint, præsertim quod hoc malum latius
serpere possit, q; quisq; nunc cogitatione assequitur. Exi-
stimamus enim Reuerediss: & Mag. D. vestras iam an-
tehac cognouisse, quomodo Ernestus VV eierus quas dā na-
ues Danicas vi aggressus sit, omnib. bonis spoliauerit, et
nihil reliqui fecerit, quod ad extremum illarum excidium
pertinuerit. Vnde facilis coniectura est, Sereniss: Regem
Danie, qui aliquot naues onerarias, cum non paucis tri-
remibus, instruclias habere dicitur, id æquo animo mini-
mè laturn, sed data opportunitate illud damnum atque
detrimentum huic viciniæ fortè daturum, quod omnes
hæ Terræ vix auertere possint: Præterquam quod veren-
dum est, ne per eam occasionem multi Germaniæ & alio-
rum locorum Principes excitetur, qui eas nobis difficulta-
tes concilient, quas humana ratione assequi difficile sit.

F Præterea

Præterea cum ferme cœs naues ex his locis per fauces Sun-
ducas & Regnum Daniæ ne effario trâfire cogantur, pe-
riulum est ne ille vicissim detineantur, & eorum, qui per
Ernestum VVierum spoliati sunt potestati tâtiſſer pmit-
tantur, donec illis damnū hic illatū p' ene sacrificatur. Quod
autem quanto cum periculo ac detrimento harum Terrarū
& huius seorsim Ciuitatis ac portus coniunctum sit, Re-
uerendiss: & Mag. D. vestræ pro sua singulari pruden-
tia gratosissime expendere dignabuntur. Atq; ea propter
tanto maiori studio obsecramus & obtestamur, dignen-
tur apud Sac. Mlēm Reg. D. n. c. benignè intercedere,
ut omnia hec negotia pacificè sopiantur & oīa pericula
atque incōmoda ab his locis per Dei gratiam bonis modis
auertantur. Erit vicissim nostra sempiterna cura, ut nul-
lum studij aut obsequij genus in cōtestanda nostra obser-
uantia vñquam intermissuri simus, Ac iterum & iterum
maiorem in modum & obnixè rogamus, ne Reuerendiss:
& Mag. D. vestræ has nās literas in aliam quam opti-
mam partem accipere gratosè dignentur, neq; existimare
nos ijs hec, quæ de iurium ac Privilegiorum nostrorum
Violatione dicta sunt, adscribere, cum sciamus eas omni
culpa ea in parte vacare, nec eiusmodi consilijs interfuisse,
sed tantum ad declarandom innocentiam nostram, vt ea
tam Sac. Mlē R. quam Reuerendiss: & Mag. D. vestris
quas cor Principis esse nouimus, innotescat, & rebus no-
stris tanto cōmodius consuli & prospici possit. Sin vero
hie

hae preeces & supplicationes nostræ multifariam interposa
sitæ exaudiri non debebunt, quod neutiq; speramus, nos
Deum, Reuerendiss: & Mag. D. vestras ac omnes ho-
mines testamur, nos yis malis atque incômodis que inde
quoquo modo subsequi possint occasionem nullam præbu-
isse, cum id fecerimus, quod bonos viros & fideles subdi-
tos facere conuenit. Datum Gedani die 16. Martij Anno
Domini M. D. Lxxvij.

QVanquā autem deinceps res indies in dexterius ver-
gere cœpit, ac in Conuētu Inowladislauiensi, pau-
cis ex numero Consiliariorū Regini præsentibus, & opem
pollicentibus, Nuncij autem Nobilitatis minime compre-
bantibus, bellum aduersus Ciuitatem decretum fuit, in te-
rim exercitus Regius Dirschauiae & viciniis in locis ma-
gis ac magis augeri, omnisq; generis damnis ac depdationi-
bus Ciuitatem affigere, quo factum est ut & nostri mili-
ties tot iniurijs laceſſiti eruptionem facerent, haud quidem
feliciter, quod eorum plurimi cœſi sunt: Tamen quoniam
indicio certorum hominum cognouimus, magnificos Do-
minos Palatinum Sandomiriensem, & Exercitus Regij
præfectum Ioannem Sborouium, etiamnum haud alienos
esse à studio intercedendi apud Regiam Maiestatem, quo
controversia composita, ab armis ad pacem pueniri posset,
impetratis publicæ fidei literis, Internuncios nostros misi-
mus, qui cum illis hac de re colloqueretur, ac inprimis ex-

F 2 plorarent,

plorarent, quib[us]nam medijs vel conditionibus rem tan-
dem confici posse censerent. Habitum est colloquium
calendis May in p[ro]p[ri]o Lesien, ubi verbis de rei summa
pluribus ultrò utroq[ue] commutatis, hanc vnam esse
viam recuperandæ p[ro]uis, & evitandæ calamitatis extre-
me censuerunt, vt literis ad Reg. Maiestatem humili-
mè perscriptis, subiectionis fidem deferremus, confirmatio-
nem Priuilegiorum, & abolitionem grauaminum sup-
p[ro]p[ri]es peteremus, simul Dños Regni Consiliarios interces-
simis ergô imploraremus, priusquam ad extrema, qua[er]e i am-
instarent, Reg. M[ai]stas procederet. Pollicentes se literas no-
stras simul cum suis ad Regiam M[ai]stam missuros, & ope-
ram suam quantam maximè possent interposituros. Hoc
consilium fecuti, eo quo sequitur modo scripsimus.

Literæ ad Regiam Maiestatem.

Serenissime Rex & clementissime Dñe, &c. Quam
varij hisce præteritis temporibus inter S. M. vestram
R. & hanc ciuitatem, ratione electionis Regiae, casus in-
tercesserint, & quibus difficultatibus conflictati fuerimus
superuicaneum esse arbitramur M. vestra Reg. ad ani-
num iterum reuocare, cum ea antehac & per literas &
alii quoque satis superq[ue] demonstrata fuerint. Vnu nunc
saltēm cō[n]temnrahimus. Nos, licet multis hacenus incom-
modis affecti fuerimus, nunquam tamen in animum indu-
xisse, multo vero minus rem huc deducere voluisse: cum
ab ipso

ab ipso deditio*n*is initio, quo Maiores noſtri ad iuncti Po-
lonie Regni ſceptrum vltro ac ſua ſponte acceſſerunt, &
illud ſibi ſummo officio ſummaq; obſeruantia deuincire
ſemper cotenderunt, nulla macula vñq; eo nomine vel ip-
ſis vel nobis etiam inuſta fuerit: quod à Polonia Regno
vel ſeſſionem paraſe, vel ab eius corpoſe contra iuſiūrum
dum à Maioribus noſtris datum, & retuſiſſima incorpo-
ratione ſegregare nos conſtituiſſemus, Quin potius oīa ea
incōmoda & diſſicultates, tanq; fideles ſubditi, perpetui q;
quidquam fide & ſubiectione noſtra indignum admittere
voluimus, & nihil aliud humillimis & demiſſiſſimis pre-
cibus rogauiimus, q; vt S. R. M. veſtra nos penes iura, Pri-
uilegia, libertates & conſuetudines noſtrias, abrogatis q;
in contrarium irrepferunt incōmodis atq; diſſicultatibus
conſeruare clementiſſimē dignaretur. Verum adeo nihil
humillimis iſtis precib. noſtris impetrare potuimus, vt ad
cumulum diſſicultatū ſemper etiam oliquid adderetur, &
animus S. R. M. veſtræ (quod ex animo dolem⁹) prater
omnē expectationē noſtrā, magis magiſq; offendetur. Ne
autē quidq; ppter ea intactū relinquerentur, ſapiens et per
literas & aliaſ quoq; tentaueruntur, num iſthac negotia ad
eum finem perduci poſſent, vt animo M. veſtræ emollito,
nobis priſtina rerum facies per oīa reſtitueretur. Quod tñ
inſtitutum noſtrum, Deo fortatiſſe peccatis noſtri iſ irato, ad
hęc vſq; tēpora incassum cecidit, donec varijs intercedētib.
remedij, ante paucos dies, in Mag. ac Gen. Dom. Ioannis
Coſtka à ſteberg Palatini Šadomirien⁹, et Ioannis Zborow⁹

Castellani Gnesnen & Exercitus Mūs vestræ supremi
præfecti colloquium veniremus, perscrutatum, num ea su-
peressent remedia, quibus animus Sac. Reg. Mūs vestræ
leniri, & quidquid hactenus dubium atque cōtrouersum
fuissest, pacifice componi & complanari posset. Qui vni-
cum illud adhuc superesse remedium arbitrati sunt, ut li-
teras nostras, ad Sac. Mīem vestram R. in eam sententi-
am humillimè daremus, qua fidem, obedientiam & sub-
iectionem demissè deferremus, & supplicibus precibus ro-
garemus, dignaretur Sac. Reg. Mīas vestra ex singulari
Regia & verè paterna gratia atque innata clementia, nos
penes iura, Privilégia, libertates & cōsuetudines, abolitis
& abrogatis que in contrarium irrepserunt incommodis
atque difficultatibus, clementissimè conseruare: Et quem-
admodum ipsis tanquam de re equissima dubium non es-
set, ita etiam studio & literis suis conatibus nostris mini-
mè defuturos.

Cum igitur arbitramur ijs remedij publicam pa-
cem & tranquillitatem reparari, & enatis difficultatibus
ad eum modum consuli & mederi posse, ac ea re nihil po-
tius aut antiquius vñquā habuerimus, ea quoq[ue] in parte
à fide, studia & diligētia nostra nihil decederē voluimus,
sed has nostras qualescunque literas ad Sac. Mīem Reg.
humillimo studio dandas esse censuimus, suppliciter rogā-
tes & obtestantes, dignetur Sacra Segia Mīas vestra nos
pro fidelibus subditis clementissimè accipere, & in fidelis-
simorum

simorum clientum numero benignissime habere, quo no-
mine M^ti quoque vestræ Regiæ debitam fidem, obedien-
tiæ & subiectionem nostram humillimis verbis deser-
vius, modo Sac. R^t M^tas vestra nobis per reuersales suas
literas, de Religionis, Augustana scilicet Confessionis, li-
bertate, iurum, Priuilegiorum, libertatum, & confine-
dum indemnitate & grauaminum abolitione clemen-
tissime cauere dignetur, vbi fidelitatem nostram ex aequo
& bono præstiterimus, nihil dubij vel controversi in ijs
omnibus relictum, sed omnia quæ in hoc Electionis acci-
derunt negotio, vel dissidium illud quoquo modo tam pu-
blicè quam priuatim ad hoc usque temporis momentum
subsecuta sunt, ita sublatum iri, vt nemini cuiuscunque
status vel conditionis periculo, fraudi, vel detimento esse
possint. Quæ omnia cum ab æquitate nullatenus videano-
tur alieno, nihil ambigimus, quin Sac. Reg. M^tas vestra,
tanquam pius & Christianus princeps ea omnia notis cle-
mentissime concessura, & id quoque ad gloria atque lau-
dum suarum cumulum arietura sit, quod iura & libera-
tates nostras non saltem sartas teatas esse, sed pro Regia
sua clementia augere quoque & cum totius urbis incolumi-
tate pristino ritore restituere voluerit. Et nos ita quoq;
nos comparabimus, ne à fideliū clientum & subditorum
officio vel latum vnguem recessisse existimari possimus,
Quin in eam rem omnibus neruis incumbemus, vt pro cō-
modo & incolumitate Sac. Reg. M^tas vestræ in omnibus
rebus

rebus licitis & in facultatibus ac potestate nostra positis,
non tantum omnes fortunas nostras, sed vitam etiam ipsam & sanguinem, necessitate exigente, profundamus.

Postremo cum Internuncijs nostri, praeter omnem
expectationem nostram in Regnum Poloniae abducti fuerit,
supplicibus precibus rogamus, dignetur Sac. R. M. vestra
illis eam gratiam & clementiam benignissime exhibere, ut
pristinæ libertati restituti, ad harum controuersiarum co-
positionem nobiscum admitti possint. Erit vicissim ea no-
stra sempiterna cura, ut nullum seruitij & obsequij gen-
in contestanda obedientia & subiectione nostra, pro tanto
tamq; illustri ac verè Regio beneficio unquam intermissu-
ri simus, omnia nostra subiectionis studia & obsequia
iterum atque iterum Sereniss. Mti vestrae tanquam Regi
nostro clementissimo summa animorum submissione sup-
pliciter deferentes. Datum Gedani die 4. Maij Anno
Domini M. D. Lxxvij.

Ad Regni Consiliarios.

Reuverendissimi, Illustres, &c. Non tantum Reue-
rendiss: &c. D. vestris existimamus notum esse,
sed famam etiam longè lateq; vulgatam, qua ratione pro-
pter diuersitatem electionis Regiae in presentes, quibus
proh dolor conflictamur, difficultates inciderimus, cui
tantum propter communem salutem & utilitatem aliquā-
go diutius quam reliqui oēs fecerint inherere visum fuit,

Quamvis

Quamuis eam ob causam à vetustissima maiorum nostrorum incorporatione saluis iuribus & priuilegijs recedere nostri non fuerit instituti vel propositi, quemadmodum sepius eam nostram esse sententiam tam per literas quam oretenus etiam ostendimus, ita vt non satis causæ fuisse existimemus, nos ad eum modum quemadmodum cum communis Reipub: dispendio cæptum est persequēdi, cum definitum ac certum sit, nos ad hoc usque temporis momentum ne minimam quidem alicuius secessionis suspicionem præbuuisse, Et leniora fortassis potuissent adhiberi & moderationia remedia atque consilia, res illas dubias atq; controuersias sopiendi & componendi.

Cum vero immortalī Deo, peccatis forte nostris irato, aliter usum fuerit, hanc eius animaduersiōnem atque paternam castigationem nos patienter ferre, & diuinum eius auxilium veris gemitib. implorare oportet, vt spiritū pacis adhuc clementissime mittere dignetur, cuius diuino afflatu & inspiratione quidquid superest controuersiarum & difficultatum pacifice sopiri & complanari possit. Et quemadmodum ea in re nihil unquam in nobis desiderari passi fuimus, ita etiam data occasione ante paucos dies eo nomine ad Magnificos & Generosos Dominos Ioannem Costka à Stemberg Palatinum Sandomirien, Marienburg Dirschauien Puceñ, & Ioannem Zborouiu Castellanum Gnesnen, Sereniss: Mts R. Exercitus supremum Praefectū, Odolanien, VVenden & VVolpen Capitaneos,

G Internuncios

Internūcios nostros ablegauimus, perquisitum num quādam adhuc supereffent remedia, quib. alma pax his Terris atque huic in primis Ciuitati reponi & pristina rerum facies per omnia restituī posset. Qui eam remedij rationem nobis ostenderunt, vt literas nostras ad S. M. R. D. n. c. humillimo studio daremus, illiq̄ fidem, obedientiā & subiectionē debito modo deferremus et polliceremur, ac demississimis verbis rogarēmus, vt nos cum reliquis suis subditis penes iura, Priuilegia, libertates & consuetudines nostras, abrogatis quae in contrarium irrepserunt incōmodis atq; difficultatibus, clemētissimè cōseruare dignaretur. Atque vt Sac. R. Mīas ad nos ea ratione complectendos facilius ac clementius permoueri posset, vt simul ad Reuerendiss: Illustriſ: Illustres Mag. & Gen. D. vestras obsequiosē scriberemus & diligenter peteremus, dignarētur apud Sac. Mīem R. autoritatē suam nostro nomine gratioſiſſimē interponere, atque beniḡnē intercedere, ne nobis ea subiectionis nostrae delatio fraudi vel periculo sit, sed vt nobis ante eius professionem de Religionis, iurium Priuilegorum ac libertatum indemnitate idoneē caueatur & proſpiciatur. Quod fidele præfatorum Dominorum consilium quemadmodum amplexi ſumus, ita quoq; ad S. Mīem Regiam literas nostras humillimo studio dedimus, & Reuerendiss: Illustriſ: Illustres Dom. vestras hinc quoque compellandas, & enixo studio ac diligēter rogarandas esse existimauimus, vt nostri propter cōmunem ſatu-

tem

tem benignam rationem habere, & apud Sacram Ma-
iestatem Regiam Dominum nostrum clementissimum
authoritatem suam interponere, & pro nobis gratosissi-
simè intercedere dignentur, vt Sacra Reg. Maiestas plus
ris cōmune bonum, quam quicquid offendionum interces-
serit, pluris cōmunem harum Terrarum salutem atq; hu-
ius Ciuitatis incolumitatē, qua omnium reliquarum pro-
uinciarum felicitas quoquis tempore augeri per DEL gra-
tiam potest, quām propositam vindicationem, qua omnia
peccatum ire necesse est, clementissimè facere dignetur, &
ea consilia benignissimè suscipere, quibus omnes enatæ
offense atq; difficultates, sine publico incommodo & san-
guinis humanifusione sopiri ac cōplanari potius possint,
quām vt Terra hæc, quemadmodum pròb dolor cæptum
est amplius deuastentur, & Ciuitas hæc ad extremam ca-
lamitatem redigatur, Cum fidem obedientiam & subiecti-
onem non detreclemus, sed Priuilegiorum saltē ac liber-
tatum conseruationem humillimè ac obnixè petamus. Ni-
bil dubitantes Reuerendissimas Illustrissimas Illustres ac
Magnificas Dom. vestras tanquam patres patriæ &
defensores vniuersciusque libertatis eò magis nostri benignā
rationem habituras & nequaquam permisuras esse,
vt Priuilegij, iuribus & consuetudinibus nostris præ-
iudicium aliquod adferatur, quod ipsi suis libertatibus
& prærogatiis nihil detractum vel derogatum cupiant,

G 2 sed

sed eas fartaſ teclaz per omnia ſibi conſtare velint, vt ita
nobis fieri non patiantur, quod ſibi pſis fieri nolint.

Postremo cum Internuncij quoque noſtri præter
omnem expectationem noſtram in Regnum Poloniae ab-
ducēti fuerint, maiorem in modum & obnoxie etiam roga-
mus, vt Reuerendiss: Illuſtriss: Illuſtres ac Mag: Dom:
veſtræ pro illis quoque apud Sereniss: Miēm Reg: interce-
dere dignentur, vt priſtinæ libertati quā primum reſtitui,
& ad hanc controuerſiarum compositionem nobis cum
admitti poſſint. Facturæ rem non tantum ſuæ equani-
mitati, maximè conuenientem, ſed publicæ etiam tran-
quillitati valde accōmodam, & nobis omnibus obsequio-
rum ac ſeruitiorum generibus quovis tempore promeren-
dam. Datum Gedani die 4. Maij Anno 1577.

HÆ literæ, quanq; ab initio dati nobis consilij ſpem
non exiguam fecerant, poſtea tamen expectationi
reſpondere minimè videbantur. Interim cum Magnifico
domino Exercitus Regij præfeco, non deſitum eſt agi, ſi
qua facultas eſſet vel amplius de rei ſumma colloquendi,
vel Internuncios ad Regiam Maieſtatem ablegandi. Cumq;
certiores facti fuifsemus Maieſtatem Regiam Mariæbur-
gam adueniſſe, iterum ad Eandem humillimè ſcripſimus,
fidem & obedientiam detulimus, conſeruationem Priu-
legiorum, & abolitionem grauaminum, proſcriptionis,
& offensarum, ſupplices deprecati ſumus, Dominorum
etiam:

etiam Regni Consiliariorum intercessionem denuò petimus. Eas autem literas neque Regie Maiestati neq; Consiliarijs exhibitas, memoratus Dñs Præfectus ad nos remisit, hoc adiecto, sibi curæ futurum vt etiam absque literis illis res conficeretur. Conuentum deinde est de colloquio Iutlandiæ habendo, & ad condicuum diem Internuncij à nobis ablegati cum his fermè mandatis, vt literarum de quibus antea diximus capita repeterent, simul ostenderet difficultatem exoluendi ducenta florenorum millia quæ conditionib. adiecta fuerant, explicarent rationes portorij maritimi, Priuilegiorum, ac granaminum, de quibus necessarium esset Ciuitati literis publicis caueri, priusquam ad iusurandum adigeretur. Eaq; capita breuiter his articulis circumscripta sunt:

Articuli Declaratorij Regiæ Ciuitatis Gedanensis.

I.

IN ijs literis, quas ad Sacram Maiestatem Regiam, Dominum nostrum clementissimum humilimo studio dedimus, subiectionem nostram submissè detulimus, modo nobis Sacra Maiestas Regia Reuersalibus suis literis, de Religionis libertate, iurium, Priuilegiorum, libertatū ac consuetudinum indemnitate clementissimè cauere, & ea omnia quæ hoc Electionis dissidium quomodolibet subsequata sunt, benignissimè tollere ac remittere dignetur.

II.

Ad recuperandam Serenissimæ Mts Regiæ gratiam, & abroganda omnia & singula incommoda, Maestati eius Reg. ducenta florenorum millia demissè obtulimus. Quæ Mts quoq; Reg. clementissimè accepit, sed exoluendarum pensionum saltem diuersitas quædam interuenit.

Cum verò interim maximos sumptus facere coacti fuerimus, & grauia damna sustinuerimus, neque modū aut rationem inueniamus, qua tantam pecunia summam eo temporis spacio quod antea diximus, persoluamus, humiliè rogamus, ut tolerabilia nunc proponantur media, quibus munus promissi confidere cōmodè possumus.

III.

Ad portorij auctionem & Cōmissorialia negotia, quod attinet, eam spēm conceperamus, fore, ut ducentorū millium florenorum oblatione Serenissimæ Maestati Regiæ per omnia satisficeret, Cum verò animaduertamus, nos ea re hactenus nihil profecisse, cognoscere percupimus, quid tandem sit, quo negotijs ijs omnibus & singulis supremā manus imponi possit.

III.

Grauamina illa, quæ contra manifestum tenorem iurium, Priuilegiorum, libertatum & cōsuetudinum irrogata sunt, nihil dubitamus, quin Sac. Mts R. absque aliqua mora clementissimè abolitura sit. Et reliquorum nomine eam quoque gratiam benignissimè factura, ut primo quoque tempore tollantur & abrogentur.

Hui

His itaque de conditionibus, cum magnifico Domino Praefecto, die tertio mensis Iunij per internuncios nostros variè tractatum disceptatumque fuit. Ac ille quidē asseuerabat, R. M̄tēm priuilegia clementissimè confirmaturam, grauamina quæ potestatis eius essent abolituram, nolle Maiestatem eius subditos perdere; pacem cum illis colere, vim autem belli in Tartaros hostes conuertere malle, modò ut ipsimet etiam subiectionis officia præstaremus, gratiam principis expeteremus, ac verbo eius Regio fidem haberemus. Omnia tandem quæ Internuncij proposuerunt, bona se fide relaturum ad Reg. M̄tēm, nec de studio suo quicquam remissurum recepit.

Interieclis aliquot diebus, cum interim nullum hostilitatis genus prætermitteretur, & in Neringa præser-tim fœminæ & infantes crudeliter dissecentur, nonnulli manibus ac pedibus mutilarentur, nec homines simplici passim mortis genere caderentur, vnde decimo deinceps Iunij die magnificus Dominus præfctus, ijsdem Internuncij nostris, in pago Krifekol, hanc esse Regiae Maiestatis sententiam ad ea de quibus colloquium institutum fuerat, retulit. Primum (inquit) R. M̄tī gratum auditum fuit, quod Ciuitas officium & fidem subiectionis agnoscat. Priuilegia quæ instè & legitimè sunt obtenta confirmabit, grauamina quæ auctoritate eius tolli possunt abrogabit, cætera ad Comitiorum cognitionem necessario rei cienda sunt, usum liberum Augustane Confessionis vobis permittit.

Vt.

*Vt autem Ciuitati literis Reuersalibus caueat, nunc dum
in armis est, eo quo vos petitis modo, ne quaque adduci
potest, cum hoc non sit ex dignitate & reputatione princi-
pis, sed potius ad despectum eius pertineat, quasi id ipsum
vi & armis eius Maiestati fuerit extortum, quasi non
cum subditis, sed cum vicino quopiam vel alio principe
negocium gerat. Nulli certè Statuum totius Regni tan-
tum licuit. Neque sanè Reuersales literæ dari possunt,
prius quam militem dimiseritis, & veniam supplices de-
precati fueritis. Quo factō, quod deinceps ex usu Ciuita-
tis futurū erit, debito cum humilitatis studio petendū est.*

*Quod atinet ad ducenta florenorum millia, quo-
rum exolutio statis terminis Ciuitati grauis esse videtur,
quandoquidem interim sumptus non exiguo impendere
coacta fuerit, hac de re cum Reg. Maiestate facile poterit
conueniri. Quod autem ad portorium, ad placationis &
Comissionis negotia pertinet, siquidem ea aboleri cupitus,
ad Regni cognitionem necessario reiciendum est, sin autē
alijs rationibus transigere vultis, non ad vitam R. Mts,
quaे isthac pacto ditari non cupit, sed ad emolumentum
Regni, à quo Mts eius Rex electus est, res erit referenda.
De offensis demum, de p̄scriptionis decreto, deq; inducjs,
facile quoque cum R. M. poterunt æquæ rationes iniri.*

*Ad hæc Internunci⁹ nostri responderunt in hanc
sententiam. Quod Regia Mts clementissimè pollicetur
confirmationem Privilegorum que iuste & legitimè ob-
tentas*

tenta sunt, non satis expeditum videtur, nec eo modo Cōfirmationis formam, quæ Torunio mittebatur, conscripatam fuisse meminimus. Et iam antea difficilis hac de re quæstio fuit, cum hisce verbis aperte in dubium vocari videantur Priuilegia, quæ ultra hominum memoriam pacificè & quietè citra controversiam usurpauimus, quæ Serenissimi Reges Antecessores continua successionis serie, rata firmaq; esse iusserunt. Grauamina verò, præsertim ex Commissorialibus negocijs oriunda, sunt eius generis, vt nisi reuera aboleantur, Ciuitas neque Priuilegijs suis vti frui, nec in honesto vel integro statu, quo minus plane pessum eat, conseruari possit. Nec sane verisimile videtur, Dños Regni Consiliarios in Comitijs ea facile mutatiros, quæ nobis absentibus inter se se ad Cōmissariorum relationem decreuisse dicuntur. Ad Reuersales literas quod attinet, existimamus Ordinibus haud quidq; posse persuaderi, nisi prius per literas illis idoneè caueatur. Majestas certè Regia Lituaniis idem indulxit, vt de iuribus & libertatibus illorum caueret, priusquam subiectionis professionem ederent. Nec sane videmus quidquā hac in parte reputationi Reg. M̄tis derogari, cum dignitas principis potissimum consistat in conseruandis iuribus & priuilegijs subditorum. Ac omnino nulla ratio paret compонenda rei, nisi de Priuilegijs conseruandis, de grauaminibus, proscriptione, & offenditionibus abolendis idoneè caueatur. Quapropter iterum ac iterum diligentissimis ver-

H

bis

bis rogamus, ut æqua Ciuitatis hac in parte ratio habeatur. Discedens itaque magnificus Dominus Regiae militie præfctus, recepit sibi rem denuò curæ futuram, nec de studio suo quidq; remissurum. Aceiusdem diei vespere, literas ad Internuncios qui ibidem substiterant misit sequentis tenoris:

Literæ Magnifici Domini Ioannis Zborouij Regiæ Maiestatis Præfecti ad Internuncios Gedaneñ.

Spectabilibus Famatis & prudētib. Dominis Petro Behm &c. Domino Reinholdo Molner &c. cum reliquis collegis suis Internuncijs Ciuitatis Gedaneñ &c. tradantur.

Salutatione amica & omnis boni comprecatione præmissa, Spectabiles Famati ac prudentes Domini &c. Ea quæ ex vobis intellexi, summis adnixus sum viribus, vt Dominis Senatoribus Sacræ Regiæ Mts & Regni, dominis & amicis meis, diligenter referrem, & ad animū renocarem, quæ in hoc rerum exulcerato statu in deliberationem potissimum veniant, salus videlicet cōmunis Rei pub: & ne lethifero sanguine prouincia misceatur, vt ad omni meliori modo Mts R. animum infleclerēt, vt ex ingenerata

ingenerata clementia, cum alia remedia inueniri nequeat, eam Ciuitati dignetur facere gratiam, qua negotia haec dubia & controversa ad optatum finem perducantur, ita ut incolis omnibus de Priuilegiorum, quae iuste & legitimè emanata sunt, indemnitate pspiciatur. In primis vero vt eos penes Religionem Augustanæ Confessionis conseruet, & grauamina oia, Cōmissionis seorsim, tollat et abroget. Ea omnia Dñi Consiliarij Regni intellexerunt, cum latias à me prolata & proposita fuerint.

Magna Dñi Consiliarij afficiuntur admiratione, rem eò perductam esse, vnde, quantumuis maximè cupiant, deduci vix possit, Et nibil magis in votis habent, quā vt his malis oportunū aliquod remediū parari posset. Sed eo in cardine res oī versatur, quēadmodum ex me fusiū intellexistis, quod M. Reg. cōsultores esse nolint, vt quidq; contra dignitatem suam admittat, & cautionē illam proferat dum Ciuitas in armis est. Verum vt omnes R. Mīis benevolentiam & propensionis gratiam erga Ciuitatem illam cognoscant, Legatos suos cum autoritate in urbem mittere constituit, qui animum Mīis eius benevolū non tantum omnib. statibus, sed etiam toti cōmunitati & Incolis Ciuitatis Gedaneñ solenniter in Prætorio declarēt, vt omnes videant & audiant, alium Mīem R. erga Ciuitatem illam animum gerere, quam de ea passim prædicatur. De illis itaque Legatis recipiendis, necesse erit vt Domini Consiliarij & mihi cras suam sententiam dicant.

H 2

Et

Et non tantum securitatis literis, sed etiam ob sidibus ca-
ueant, ut eo tuius Legati in urbem mittantur, cum non
tantum ad Senatum, Centumuiros, & opifices, sed etiam
ad vniuersam Comunitatem mitti debeant. Id ubi Miās
Regia vos cupere intellexerit, non tantum publica fidei li-
teris Ciuitati prospiciet, sed mandabit quoque ut ab omni
hostilitate aduersus Ciuitatem in diem castinum & ulte-
rius etiam, si id necessitas exigere visa fuerit, abstineatur.
Gratia Dei adsit nobis omnibus. Datum ex Castris no-
stris die undecima Iunij Anno Domini M. D. Lxxvij.

Ioannes Zborovvski à Zborovv &c. manu propria.

REscriperunt ad ea Internuncij, pollicentes se quan-
tum possent rebus expediēdis apud Ordines operam
daturos, eoq; celerius eadem vespere domum reuersuros.
Petiuerunt autem ut propter publicorum cōsiliorum pro-
lixitatem, tridui forsitan spacium concederetur, quo com-
modius Ordines consilia sua possent explicare, & ut inte-
rim R. Miās accessum ad urbem suspendere dignaretur,
ne res ea tractatum pacificationis penitus abrumperet.

Postero diluculo diei xij. mensis Iunij, rumor in
urbem perlatus est, Regia castra ex agro Dirschoniensi
mota, et urbe versus metari, simul etiam Ernesti VVeierj
exercitus & nōnulli Polonorum in vicinis montibus ten-
dere conspecti sunt. Quae res non solum deliberationem
omnem de Legatis Regijs expectandis penitus abrūpit, ve-
rum.

rum etiam causam præbuit, ut horti suburbani, ne receptaculum hostibus essent, cum insigni multorum iaelu-
ra Cinium incenderentur. Die mox sequenti qui mensis eiusdem decimus tertius erat, totus exercitus ad urbem ar-
matus accessit, ex quo procurrentes velites, Ciues nonnul-
los, & alios in hortis deprehensoris inuadunt, alios cædant,
alios capiunt, pecora autem prope ripam fluminis infra-
urbem abigunt. Interim ex nostris etiam militibus aliquot
cohortes subfido Ciubus erumpunt, & cum Polonis vsq.
ad meridiem digladiantur, plurimos eorum versus mon-
tana repellunt, qua simul occasione hortorum incendium
propagatur. Cæteris in ædificijs, quibus incendium par-
serat, nec nō supra infraq. montes, circum circā locata sunt
castra, vallo fossisq. cōmunita, atque inde per quatriuum
penè non interdiu solum, sed etiam noctu crebris tormen-
torum fulminibus vrbis continuè oppugnata, ignes ex tor-
mentis missiles iniecli, munitiones, muri, turres, ædificia
ferreis lapideisq. globis passim impetu vehemēti concussa.
Quo tamen inferuore, per totum id tempus pauci saltē
homines tormentis sunt violati. Ac quanquā interim ni-
hilominus de mittendis Legatis Regijs, de inducijs, collo-
quijs, & alijs eius generis ultrò citroq. tractaretur, interea
tamen ab exonerandis tormentis, & inferendis quatenus
fieri potuit iniurijs, à muniendis castris tam ante urbem,
quam ad propugnaculum portus ab Ernesto V Veiero, in-
duiarum prætextu, minimè cessatum fuit.

H 3

Eodem

Eodem tempore magnificus dñs Exercituum praeſ-
Eius Ioannes Zborowski literas ex Episcopali monte, qui
Ciuitati imminet, ad nos misit, quib. significabat, se cum
ceteris Consiliarijs, secundum ea q̄ cum Internuncijs no-
stris tradata fuissent, à R. Miē publicæ fidei literas, nec
non inducias quatuor dierum impetrasse, R. Verò Miēm
interim in eo monte stationem habere voluisse, nou quidē
animō Ciuitatem hostiliter oppugnandi, sed quatriduum
expectandi proposito, quad sententiam nostrā, de mitten-
dis obsidibus, & legatis in urbem acceptandis cognouisset.
Quoniam autem miles noster eius Maiestati ad resistendū
occurrisset, in tantum indignitate rei fuisse cōmotam, vt
iam inducias cōcedere nollet, quin potius eō pgressam esse,
vnde verendum sit, ne res magis ac magis in apertum di-
scrimen conyceretur. Nihilominus se non destitisse Reg.
Miēs animum emollire, & hoc tandem obtinuisse, quo Ma-
iestas eius ad priorem sententiam reuersa constituisset, si
nos obsides in castra daremus, legatos in urbem muttere, et
per eos vniuersis incolis voluntatē Regiā palam declarare.

Quod ultimum in literis erat, vti iam antea optante-
ramus, ita tum etiam cupidiis animis acceptauimus, futu-
rum omnino confidentes, eo modo pacem planè iam posse
recuperari, in cuius rei testimonium ad Regiam Maiesta-
tem literas, quarum exemplum sequitur, humillimè per-
scripsimus. Quātumuis interea milites Regij, quotiescunq;
nocendi fuisset occasio, s̄pē numero inducias violenter.

Literæ

Literæ ad Regiam Maiestate in castra perscriptæ.

Serenissime Potentissimeq; Rex ac Dñe Dñe clementiss:
etc. Cum in hisce rerum præsentiu grauissimis dif-
ficultatibus, quæ præter omnem expectationem inciderūt,
nihil haclenus maiori curæ nobis fuerit, q; vt imminētum
malorum inuenire modum aliquē, ac R. Vestræ M. gratiā
et clementiam recuperare possemus, eodem consilio nō ita
pridem non solum R. M. vestræ literis nostris denuò sub-
iectionem et fidem, ea, quæ fideles subditos decet, venera-
tione obtulimus, ac vt nobis in gratiam Regiam susceptis
iura ac Priuilegia salua essent, saluo Religionis usu, et
offensis, quæ iam dudum intercesserūt, humilimè supplica-
vimus: verumetiam per Internūcios cum Magnifico Dño
Ioanne Zborowskij Exercituum Præfecto varie nō semel
ultrò citro q; tractauimus. Quæ quidē actiones quod hacle-
nus ad finem exoptatum perduci nequivuerunt, non medio-
cri dolore sumus affecti, p̄sertim quod videmus motus bel-
licos indies magis ac magis incrementa sumere, et iam sub
ipsis Ciuitatis portis belli terrorē circumferri. Nos certè,
quemadmodū iam anteā, neq; fidē, subiectionē, officiū, nec
quicq; aliud in æquitate et virib. nostris positū, vnq; detre-
ctauimus: Ita nunc iterū etiā fidē et obedientiā humilimè
deserimus, et fidelissimorū subditorū officio fungi ppetuo
cupimus: ac vt id cum R. V. M. grā obtineamus, et sub
eius felicissimo regimine diutissimè degam⁹, nihil in nobis
ōnino, quoad facultatū nostrarū erit, desiderari patiemur.

Ex:

Ex quo fonte manauerit funesti huius dissidij cauſſae, ni-
hil ad rem attinet hoc loco pluribus cōmemorare. Nobis
vero nō tam dolet, quod per se merito dolendū est, Ciuita-
tem inde tot incomodis, difficultatibus, & damnis implica-
tam & afflictam, quām summo cum dolore deploramus,
fidem nostram tot illustribus documentis Sereniss: Ante-
cessoribus Regibus cōprobata nunc in dubium vocari,
& Reg. M̄tēm vestram ea causa tantopere offendam esse,
quæ malo potius fato & infelicitate seculi, quām rebellio-
nis aut temeritatis instituto quopiam accidit. Porro quic-
quid tandem aduersi præter expectationem (vt humana
sunt) contigit, Reg. M̄tēm vestram humilimis & subie-
ctissimis votis precamur, vt omnium præteritarum offen-
sionum clementissimè gratiam nobis faciat, & quod per
rerum naturam infectum fieri nō potest, benignissimè se-
ponere, ac nos fidelium subditorum loco deinceps habere
clementissimè dignetur. Quo pacto, quemadmodum nihil
est Reg. M̄ti vestræ laudabilius ad perpetuam posterita-
tis memoriam, nec vlla re proprius ad diuinæ M̄tis simili-
tudinem accedunt Terrarum Principes ac Reges, quā cle-
mentia & mansuetudine erga subditos: Ita nos, Deo vo-
lente, dabimus operam, vt quod præteritis defuit, eō dili-
gentioribus humilimæ fidelitatis obsequijs in posterū far-
ciatur, quò cupidiores sumus M̄tis vestræ gratiam perpe-
tuam nobis ac posteris nostris, quibus suis inseruendi gene-
ribus, quantum in nobis est, humilimè promerendi.

Deinde

Deinde cum non ita pridem ex colloquijs cum me-
morato Praefecto habitis intellexerimus, Reg. Miēm ve-
stram, ad Dominorum Regni Consiliariorum intercessio-
nem constituisse Legatos suos huc alegare, qui Ciuitatis
Ordines de eius voluntate denuò certiores faciant, illud
quidem auditu gratissimum nobis fuit, ac votis omnibus
precamur, ut annuente diuina clementia res omnis ad op-
tissimae tranquillitatis statum reducatur. Quantum at-
tinget obsides & cetera, quæ futura sunt ad eas actiones
necessaria, ut omnia citra periculum fiant, nihil in officio
nostro desiderari patiemur, quemadmodum id Magnifico
D. Praefecto fusijs perscripsum. Quapropter q̄ possu-
mus ac debemus humilimis precibus iterum atque iterum
demississimè supplicamus, ut Regia vestra Miās eas cle-
mentissimè rationes inire dignetur, quibus cum Iurium ac
Priuilegiorum nostrorum indemnitate, abolitis grauami-
nibus, ac sepositis omnibus offenditionibus ac damnis baclē-
nus exortis, Ciuitatem hanc suam et fidelissimos subditos,
vñā cum gratia sua Regia, pristino quoque nitori, paci,
fortunæ & felicitati restituat. Hoc quemadmodum longe
Regie Miā vestræ laudabilius est, benevolentia fideles sub-
ditos deuincire potius, quā cuiusuis offenditionis ergo, spem
omnem clementie regalis praecidere, nedum atrocius quip-
pam in eos statuere, quod nec cum Reg. Miis dignitate,
nec eiusdem Regni cōmodo coniunctum sit: Ita, hoc be-
nignitatis genere summam & immortalem à nobis & po-

steris nostris omnibus pietatis & mansuetudinis laudem
comparabit, et quod benignius ac liberalius nobiscum aget,
eo nos & omnes Ciuitatis incolas ad perpetuam fidem &
promptissima debite subiectionis obsequia sibi reddet ma-
gis magisq; deuinctiores &c. Datum Gedani die xij.
mensis Iunij Anno Domini M. D. Lxxvij:

DEmum ut in pauca rem cōferam⁹, multis hinc inde
tam verbis quam literis cōmutatis, cōfectis publicæ
fidei diplomatiis, & obsidibus in castra missis, Legati R.
Mitis Magnifici, venerabiles, generosi & nobiles Dñi lo-
annes à Dzialin Palatinus Culmensis, Christophorus Co-
mes Rosdrauieñ, Laurentius Goslitzkij Secretarius Re-
gius, & Ioannes Bornamissa Vngarorum præfector, die
decima nona Iunij in urbem honorifice deducti, sequenti
die mandata sua scripto latine & germanicè comprehen-
sa in Curia coram omnibus Ordinib. ac Tribubus, iterum
per fenestras quæ forum spectant, coram vniuerso populo
exposuerunt, & uti concepta fuerant in medium plebem
ex fenestris proiecerunt. Erant antem hisce verbis per-
scripta.

Declaratio voluntatis Sacræ Regiæ Ma-
iestatis quam misit ad Gedaneñ per
Nuncios suos die xvij. Iunij Anno
Domini M. D. Lxxvij..

Quemadmodum

Quemadmodū antea S. R. Mīas dñs noster clemē-
tiſſimus Deum testabatur, inuitū ſe trahi ab hac
Ciuitate ad ſumenda arma, eodem modo et nunc testatur,
coactum ſe neceſſitate, non volūtate ſua, ad has rationes,
quas ſentitis, reducendae illius ad officium, deſcendiffe.

Etenim in votis illud fuit Principi, ut prudentiſſi-
mo & bellicoſſimo ita pientiſſimo & benigniſſimo, vt
ijs dotibus, quib. à Deo opt. max. abundē instruelus eſt,
ad bella potius externa, cum perpetuis huic Reipub. ho-
ſtibus vteretur. Quod id & cum maiori ſua dignitate, &
Reipub. utilitate futurum videret, ſi illius iniurias ab ip-
ſis vindicaret, & cum paribus conditione, ac opibus, alie-
niſq; non ſubditis, certamen ſubiret.

Nunc vero in eum ſtatū contra vota S. R. Mīis rem
adduxiſtis, ut de quorū deſenſione ab alijs, ſi res poſtula-
ret, cogitabat, in eos arma cōuertere neceſſe haberet: Cum
votis ipſi à cōmuниone eius Reipub. cui illi⁹ Mīas oīa debet,
ſeiūxeritis, et ipſius quoq; Sereniss: R. Mīem indies magis
magisq; offendere, ſumma cum peruicacia, nō deſtitieritis.

Eius rei carſam an in fatalem neceſſitatem, an vero
in Ciuitatis temeritatē conferret, diu ſecum multumq;
Sacra Regia Mīas cogitabat, verum tamen à neutrā
earum hoc malum profectum eſſe reperit: Nam & ſeries
ille caſuum humanorum, diuino conſilio ordinata, nem-
inem ad ſpernendum magiſtratum ſupremum Dei optimi
maximi volūtate conſtitutum adigit, nec credibile eſt,

ut homines illa in Ciuitate beneficiorum veterum Regni Poloniæ ac futurorū cōmodorum quibus maiora aliunde sperare non possent oblitos, Reipub. illius cui post Deum plurimum deberet, & à qua magnas utilitates expectaret vna omnes subito communionem spreuuisse, ac Regis eius quem Reipub. Prouinciae, Ordines, ac Ciuitates reliquæ colerent, Maiestatem violare voluisse.

Paucorum hoc certe superbia ac luxus effecit, quorū cupiditas priuatis illorū fructibus expleri non potuit, sed qui antea magistratibus & muneribus publicis abusi vtiligalia publica depecularentur, & abligurirent, laboribus & sudore frigi ciuium se ingurgitarent:

Postremo etiam quod malefici omnes solent, vniuersam Ciuitatem suis artibus perdere, quam soli interire vel saltem egere maluissent.

Ea humanitate Sacra Reg. Mtās ab initio statim Regni vobiscum egit, vt illa certe, vel maximos alios quosuis inimicos sibi conciliare posset, verum existimat quæ ab illius Mte clementer erga vos facta sunt, non omnibus prorsus nunciata fuisse. Cognoscant igitur qui ante nesciuerunt, qui vero sciuerunt, memoria repetant, quæ Sac. Regie Mtis clementia, et altitudo animi in traclando cum Ciuitate fuerit:

Quomodo enim vos ad officium reuocabat, quām paternē infra prope dignitatem suam conseruandi vestri studio se demittens, non modo per legatos, amplissimos viros,

ros, nō modo per Senatores & officiales Regni primarios, verum etiam viua voce nuncys vestris, tum cōmoda si officio satisse eritis, tum si in pertinacia perstaretis hæc incōmoda quæ sentire intipitis proponendo.

Quid vero à vobis aliud requirebat, quam quod debuistis ex maiorum vestrorum iureiurando? Quid itidē deinceps vobis cōcedebat? certe id quicquid non modo iure debuit, sed quicquid insuper per leges regni potuit.

De religione Angustana nullus vobis locus dubitandi datus fuit. Quod eam Ordinibus ac omnibus hominibus regni iureiurando interposito, vigore cōfæderationis in interregno factæ permisisset: Tamen cum id posceretis seorsim etiā de illa vobis priuilegio cauebat, & priuilegio ita conscripto, ut vos velle à Nuncys vestris cognouerat.

Iura & Priuilegia vestra et si itidem cōmuniter cum totius Regni Iuribus & Priuilegijs sanxerat, tamen separatim etiam illorum confirmationem vobis dabat, & confirmationem legitima Formula conceptam, propterea q̄ vobis magis tutam ac vtilem.

Noua demum quædam capita immunitatum per Nuncios vestros proposita addebat, Quæ concedere non potuit sine ordinum omnium Regni auctoritate, in comitijs futuris proponere promittebat.

Quid vero interim in Ciuitate actum? Quid aliud quam ut omnia regalia iura ex yrbe exterminarentur, ut pecunia in signum dominij singulis annis conferri solita-

non daretur, lautia Regi venienti in urbem ex priuilegio
prisco non suppeditarentur, Rex non aliter quam cum
paucis, velut priuatus & in ordinem redactus in urbem
admitteretur: Ea quae in Comitys Regni publicis sancta
essent rescinderentur, Ciuitas Gedanum, nihil cum ordi-
nibus Regni ac eius Conciliis cōmune haberet, Reg. Mū
tantum quoad viueret non Regno, & si in eius sortem,
subiectionem, ac titulum ex maiorum suorum iure iurando
concessisset, fidem obstringeret, ab ipsa demum Regia
Mīē si quo d' Priuilegium illius non obseruatū vel sedicio-
siſſimus al iquis omniaſſet impune deficere illi liceret.

Prater iniquitatem vero postulatorum illud certe
longe iniqui⁹ ac magis impium fuit, impetratis literis Sal-
uicodus, vanitate verborum tempus extrahēdo, sub-
tractatus tot crimina commisſe, militem numerosiorem
contra conditiones Saluicodus adsciuisse, libellos con-
tumeliosos Regio & Polonico nomini per Germaniam
ſparsisse, carmina ut insulſiſſime ita petulantiſſime con-
ſcripta de Rege ac gente Polona, Cuem vestrūm, sciente
& iubente magistratu, in urbe typis mandasse, copias ve-
ſtras domos vicinorum subditorum itidem Regiae Mūs
nobilium virorum ſpoliaffe, Monasterium Oliuense Re-
gium Antecessorum eius Mūs ac vestrāe Ciuitatis & alio-
rum Prūſicorum conditorum monumentum ſpoliatum
euertiffe.

Ad imponendam nefariorum conatum summam
postremo loco accessit institutum delendi exercitus Regij
in sum-

in summam ac perpetuam ignominiam illius ac Poloniae
Regni, Emissus igitur exercitus ex urbe, & emissus cum
perpetuos Christianitatis hostes Tartaros Russiam vasta-
re audiretis, emissus tum cum & Civitas missis literis &
Illustriss: Dux in Prussia illa poscente in Convuento VVla-
dislauieñ, ut à nobis in gratiam reciperemini peteret.

Non tamen fuit Deus iustissimus Iudex impys
caepsis, profligatus est à Regiae Mts copys ille exercitus,
pro Polonio sanguine quem sitiebatis, vester ac vestro-
rum perfusus est.

His igitur superborum & prodigorum vestro-
rum Consiliariorum vobis perniciosis consilijs, in hoc di-
scrimen in quo versamini adducti estis: Hac insolentia,
haec facinora, Sacram Regiam Mtēm ad supplicium de-
vobis sumēdum, ad muros vrbis inuitam & longe diuer-
sa in utilitatem Reipub. ac vestrā meditātem attraxit.

Optime & Regiae Mtī & omnibus sunt notae dif-
ficultates, quæ premunt. Non latet Regiā Mtēm & eius
Consiliarios ubiq; à Principibus & Civitatibus vobis ne-
gari auxilia: Profitentur literis ad Regiam Mtēm datis
quid Regno Poloniae pro veteri cum eo cōiunctione debe-
ant: Profitentur Regiae Mtīs latè regnantis amicitiam il-
lis magis utilem & honorificam quam perduellum inopi-
am, vnius tantum vrbis mēnibus inclusorum esse.

Hoc tamen est quod Sacram R. Mtēm Principem
optimum & Regni sui amantissimum in eo rerum statu
monet. Dolet Prouinciam hanc Regni sui pulcherrimam
magniss

magnis incomodis affectam Cernit et si ipsius exercitus hostilem terram vastare videatur, vastare tamen suam et si urbem rebellium demoliatur, demoliturum tamen suam.

Animaduertit præterea Rex prudentissimus & iustissimus plurimos mortales in hac urbe culpæ omnis expertos esse, plurimos frugi ciues, qui potius de suis cōmercijs, & artificijs, quam de turbanda Ciuitate cogitabant, in hoc idem periculum cœiectos. Miseros præterea liberos, virgines, matronas, quorum omnium sanguini Sacra R. Mīas ita parcendum sibi esse existimat, ut etiam nocentissimos propter illos conseruare malit.

Admonendos igitur vos etiam nunc Sac. R. Mīas dominus noster clementissimus putauit, ut vel iam tandem impendente vobis exitio resipiscatis: Misereamini vestri, misereamini eorum, quorum vos maxime misereri oportet. Si tempestate facultates vestræ, si incendio fortuito dominus, si casu vel fato ciues, consanguinei, coniuges, liberi vestri, charissima pignora perirent, gemeretis, Nunc ea propter obstinationem animorum restrorum, propter nefariam cupiditatem aliquorum explendam ultro perdere vultis. Ploraretis tum frustra eos quos ob immotam fatorum legem vestro fletu non restituere possetis: nunc cum vobis eorum salus ac in columbitas commendatur non mouemini? resipiscite igitur. Etenim nisi resipueritis, Sacra R. Mīas Deum testatur, non ipsius Mīem, sed consiliorum nefariorum autores, innoxiorum cedis aliarumq; calamitatium

mitatum causam fore, & quibus ipso iuuante, & pro in-
noxio sanguine, & pro violata sua & Reipub. Mīē, cō-
missiū, sceleribus, pēnas ac supplicia breui exiget.

Si insanire destiteritis, primum etiam noxios om-
nes propter innocentē saluos esse vult: Deinde cuiusvis
vestrum fortunas, omnem rationem, omnia iura, augen-
darum vestrarum facultatum, Contuberniorum Iurisdi-
cundi vobis conseruat.

Hoc vt ingenuum Principem decet palam profi-
tetur, se nec debere nec posse reliquere Ciuitatē in hoc per-
turbato statu, ne in posterum malorum Ciuium artibus,
buiusmodi procellis Ciuitas obiciatur, aut graui & probi
homines ignarorum & insolētum luxum, & gulam suis
laboribus ac facultatibus explere necesse habeant.

Licitando nihil à Sacra Regia Mīē obtinebitis, à
Rege sapiente, bellico ac dignitatis suæ memore. Plusq
conueniebat iam traclatum est: Conditiones vos accipere
non ferre, ut subditos, & eos qui Serenissimum Regem ac
Rempub. lāsistis, oportet. Propter Mīēm lēsam non ma-
do vrbes, sed & Magni nominis ac magnarum Famili-
rum Principes oīa beneficia ac Privilegia amississe scitis.
Sancitum hoc est legibus. Exempla vobis suppeditare pa-
test vicinum nostro Regno, Sacrum Romanum Imperiū.

Experiamini potius eius clementiam, cuius multi
summam ac incredibilem experti sunt: Ostendite vos plus
tanū Regis clementiae confidere quam muris vestrīs, præ-

K ter quos

ter quos nihil vobis superest, & qui vos diu tueri non posse-
terunt, paucis defendantibus militibus, pecunia ex publicis
vestris vestigialibus antea per luxum consumpta, ut ne in
primordiis quidem belli suppeteret, inopia aliarum rerum
vos premente, vindique auxiliorum spe adempta, ac quod
summum est Deo scelerum, ac in primis per iury acerrimo
vindice, vobis irato & infenso.

Inutilia imbellibus dextris arma gerentes, à Rege
magnanimo nihil consequemini, qui ad omnia capta sua
constantem, & non nisi re una perfecta aliam molietem
animum attulerit, cōmeatus ac rerum necessiarum com-
moditatē habeat, quantā Istrula præbere potest, amplissi-
mū, & feracissimi regni fructus, quibus & vos ditati fu-
istis, & exteri etiam alebantur, militum in tam lato ac
longe patenti Regno tantam quantam velit copiam, præ-
ter aerarij Prouentus decretū ad bellum contra vos à Rege-
no vniuerso tributum, decretum item ab Ordine Ecclesi-
astico tributum, decretum à Prussia tributum, à Lituania
concessum portorium. Extra ordinem itidem ab Ec-
clesiastico ordine & Prussiae Terris donativa concessa
amicos in germania ac vicinis Prouincij tot, quot cum
Antecessoribus suae Maiestatis benevolentia, pacis con-
uentis, beneficij acceptis, affinitatibus cōtractis, Civitates,
Prouinciae, Principes, Reges coniungi potuerunt.

Verum si spem in eius clementia posueritis, ac ad
eam confugeritis: hæc vos non fallet, & fortasse ea vlerò
vobis

vobis conferentur, quæ vix quisquam non ignarus nego-
cy istius, non modo vos qui vobis culpæ vestræ consci-
estis, vobis tribui posse existimaretis.

Ioannes à Dzialin Palatinus
Culmensis.

Ioannes Bornamissa de Kalno
Vngarorum præfectorus.

Laurentius Goslitzki L. L.
Secretarius Regius.

Christophorus Comes
Rosdrauen.

CÆterum, cum in hoc scripto partim Magistratus,
partim vniuersa Ciuitas, nonnihil etiam milites,
ignominiosis sancte verbis insimularentur, præfeci qui-
dem militum existimationem suam in re præsenti satis-
tuebantur, quanquam & ipsi legati culpam durius scri-
ptorum ad interpretem transferebant: Ordines autem, ne
silentio criminationes tam enormes agnoscere censerentur,
per Syndicu[m] suu[m] ad potiora capita in continentia
palam audiente vniuerso populo respondebant, paulò
post scripto prolixius innocentiam suam demonstraturi.
Illiud in primis ostendebant, falso sibi notam eam impin-
gi, quasi à communione Regni Poloniae desciscere vo-
luissent. Nec enim id vnuquam ab Ordinibus cogitatum
fuisse, nisi necessario ad consilia desperata compelle-
rentur, quod ne fieret, & æquior aliquantò Ciuitatis ra-
rio haberetur, summis precibus contendebant. Hoc
repetitum inter cetera fuit, Magistratum etiam palam &

Ordines non temerè nec rebellandi proposito ad arma fū-
isse pertractos, sed saltem pro tuendis iuribus, priuilegijs
& libertatibus suis, q̄s q̄ tuendis etiam in posterum fortu-
nas omnes & sanguinem constanter impensuros.

Quod cum frequenti acclamatione Ciues exciperent,
Legati intelligentes, declarationem eam Regiae voluntatis
non eo modo quo putassent acceptam, verbis vltro citroq̄;
varie commutatis quæsinerunt quid tandem Ordines po-
tissimum desiderarent, vel quan rationem esse reliquam
putarent extremis hisce malis medendi. Responsum est
inter cætera, nostros Internuncios in superioribus traclati-
onibus ad Regiam Maiestatem non admissos, neque pro
rerum necessitate sufficienter auditos, res omnes vt plurio-
mum per Ciuitatis hæc tenus aduersarios traclatas & ex-
peditas, quamdiu id fieret, ac Regia M̄t̄as magis illorum
consilijs, quam Ordinum rationibus aures daret, nihil in-
de boni tandem expectandum. Ibi tum Legati receperunt
se propediem effecturos, vt ab ipsa R. M̄t̄ Internuncij
nostrī corām audirentur. Ita eodem die in castra reuersi,
obsides in Ciuitatem sunt remissi.

Vbi de fidēi publicæ literis conuentum, de quibus
per dies aliquot disputatione erat, petebamus enim vt obser-
fides ex castris Internunciorum loco remitteretur, nec im-
petrauimus, Internuncij nostri die xxij. Iunij cum se-
quentibus literis in castra sunt emissi.

Inſtructio

INSTRVCTIO EORVM
quæ Sereniss: Maiestati Regiæ Internū-
cij omnium Ordinum Regiæ Ciuitatis
Gedaneñ Strenui, Spectabiles, Clarissi-
mi, Famati ac honesti : Dñi & viri Ioan-
nes Proit Eques auratus & Præcōsul ¹
achim Eler Consul, Hieronimus ²
Scabinus, & Ciriacus à Vechteia, è
numero Centumuirorum, proponere &
explicare debebunt, die xxvj. Iunij

Anno Domini M. D. Lxxvij.

EA quæ Sereniss: Regia M̄as Dominus noster cle-
mētissimus per Legatos suos, Magnificos, Illustres,
Reuerendos ac Generofos Dominos Ioannem à Dzalin
Palatinum Culensem, Laurentium Goslitzkij Canonis-
cum Cracouien, Ioannem Bornemissam de Kalno Capi-
tanem, & Christophorum Comitem de Rasdrazo, Ciui-
tatis huius Ordinibus, ac vniuersi ciuibus proponi clemē-
tissime iussit, ex scripto nobis exhibito, debita cum vene-
rationis & humilitatis obseruantia, prolixè perceperimus.

Vehementer in primis dolemus, quod in eo scripto,
cum Magistratus, tum vniuersi ciues, verbis ignominia-
plenis, paſſim traducuntur, rebellionis, pſidiae, ſecessionis à

Regno, aliorumq; malefactorum, palam incusantur, à quibus Deo conscientiaq; sua testibus, semper alienissimi fuerunt, ac ipsis etiam cogitationibus abhoruerūt. Existimant dubio procul isthac ab aduersarijs nostris, ad offensiones augendas, & impediendae potius quam promouendae pacis studio Mti Regiae persuaderi. Quapropter cum maximoperè nostræ existimationis interfit, ea quæ præter culpam vitio nobis dantur, iustis & apertis rationibus purgare, ac Regie Mti in rebus ijs omnibus innocentiam nostram exactius probare, cōmisimus Internuncijs, vt Regiae Mti scriptum innocentiae nostræ humilime offerant, additis supplicibus precibus, vt animo clementissimo defensionis huius rationes suscipere, ac nobis Regiā aurem alteram benignissime concedere dignetur. Deinceps verò quandocunque necessum erit, parati sumus itanias de criminibus perperam irrogatis purgare, quo Mts eius non solum innocentiam nostram liquidò cognoscat, verum etiam fidelissimum subiectionis nostræ studium re ipsa debitum cum obsequijs experiatur.

Ceterum res ipsa demonstrat, quod actiones literis haecenus ut plurimum tractatae, parum processerint, difidentia verò magis ac magis incrementum sumpserit, ex eo potissimum, quod Regia quidem Maiestas in primis Iuramentum fidelitatis à nobis exigeret, Ordines autem varijs de causis illud periculosum sibi futurum putarent, nisi prius rationibus suis idonee caueretur. Quapropter vt
vniuersi

Universi Ciues Regiae Maiestatis gratiae, clementiae, pater-
næq[ue] propensionis certissima fiducia firmiter nisi possint, cō-
modissimum videbatur, ut priuatim Internuncius ad rem
omnem funditus expediendam, audientiam indulgeri sup-
plicaremus. Nam ut Reg. Maiestas clementissime con-
cedere dignata fuit, ita gratias ob eam rem quam possumus
ac debemus, agimus maximas: Humilimè sperantes
Regiam Maiestatē eius, fidelium subditorum huius suæ
Civitatis rationes satis iam satis afflictas, eodem mansue-
tudinis & clementiae genere, benignissimè complexuram.
Quas nullis sanè conditionibus dignitati Regiae Maiesta-
tis aduersantibus includimus, sed ad debite subiectionis
fidem & obedientiam, eo quo sequitur humilitatis studio,
referimus.

Primum subiectionem Sacre Regiae Maiestati,
Domino nostro clemetissimo debitam agnoscimus, & Ei-
dem humilimè deferimus, iuxta vinculum Incorporatio-
nis vetustissimæ, qua nostri Maiores inclyto Poloniae Re-
gno coniuncti sunt, deinde etiam fidem & obedientiam,
qua fideles subditos decet; omnimodo nos præstituros pol-
licemur. Humilimis precibus supplicantes, ut Regia Ma-
iestas quicquid in præteritis erratum est, ex clementia Re-
gia, & innatae bonitatis mansuetudine, remittere, condo-
nare, demum non amplius recordari, benignissimè digne-
tur.

Ac.

Ac ut subiectionem nostram solenni iure iurando
rite profiteri possumus, suppliciter ac demississimis verbis
Regiam M̄tēm obtestamur, ut pro gratia sua Regia, &
ingenitae benignitatis indulgentia, proq; contestanda fide-
lissimis subditis paterna propensione, Decretum proscri-
ptionis, vna cum omnibus inde subsecutis offensis, dam-
nis, ac iniurijs, publicè priuatimq; tollere penitus, ac abo-
lere clementissimè dignetur.

Vsum liberum Augustanae Confessionis, quem ex-
emplo ceterorum Satum Regia M̄tas nobis indulxit, hu-
milimè petimus, iterum ut antea, publico diplomate con-
firmari.

Humillimis itidem precibus supplicamus, ut cle-
mentissimè dignetur R. M̄tas Iura ac Priuilegia nostra,
more Diuorum Antecessorum confirmare tueriq; graua-
mina quæ Priuilegijs, libertatibus, Iuribus, & receiptis
consuetudinibus aduersari comprobata fuerint, emenda-
re vel abrogare: quæq; horum ad generalia Regni Comi-
tia necessariò pertinere videbuntur, pro ijs abolendis vel
emendandis auctoritatem suam Regiam sic interponere,
ne Priuilegia nostra maiorum fidelissimis obsequijs egre-
giè comparata, ab omnibus inde Serenissimis Regibus
cōtinua serie confirmata, quorum vsum & possessionem,
ultra memoriam humanam pacificè obtinuimus, Comiti-
orum quibusuis Decretis in discrimē, disceptationem, vel
dubium aliquod deducantur.

Hui

His consequenter, quanq; Ordines de Regiae Mts
verbo pro subiectionis sua perpetua constantia minimē
dubitant, tamen cum ad maiorem vniuersorum Ciuium
fiduciam, tum posteriorū etiam evidentiorem memoriam
conseruandam humilimis precib. iterum ac iterum suppli-
camus, vt Regia Maiestas de supradictis omnibus priusq;
iuramentum præstemus, publicis literis sua manu, suog;
sigillo munita Ciuitatis sua clementissime cauere dig netur.

Quod superest, humiliata sbe demum nos consola-
mur, cum Ordinibus & vniuersis Ciuib; & Incolis li-
quidō constiterit, Regiae Mts salutem & incolumentem
Ciuitatis ac Ciuium cordi esse, nec ab illius animo preces
illorum excludi, immo verò Mtis Regie benignissimum
esse propositum, Ciuitatem & incolas penes sua iura, pri-
uilegia, honorem, & fortunas clementissime tueri: haud
abfore quin non solum de his omnibus quæ dicta sunt,
coram plenius traclari, doceri, definiri, verum etiā Deo
Opt: Max: clementer annuente, cassis & abolitiis omnibus
quæ hacenus interuenerunt offensionibus, difficultatib:
etiam quæ subsequi solent amputatis, ad pacem & tran-
quillitatem rerum omnium, præ cæteris exoptabilem, vn-
animi consensu deueniri posſit.

Quod vt immortalis Deo, pacis auctore & auſſice,
fauorem, gratiam, opem, & ſucessum præbente, Regiae
Maiestate pientissimè conſentiente, cum perpetua benigni-
tatis eius erga ſubditos, gloria, totius quoq; Regni, nec non

L Prussia

Prussiae Terrarum & huius Ciuitatis salute, cōmodo, &
tranquillitate fiat, votis maximis optamus, precamur, ac
supplicamus.

Tandem humilimē Regiā M̄tē precamur ac ob-
testamur pro Internuntijs detentis, dignetur Regia M̄tās
eam illis gratiam facere, vt si non omnino domum remit-
tantur, tamen in vicinia saltē illis cōmorari liceat, quo
& ipsi nobiscum simul pro patriæ salute in medium con-
sulere possint. Ac quoniam audimus admodum duriter eos
haberi, ac ad alendos plures homines grauioribus eos sum-
ptibus distineri, perquām humilimē petimus, etiam hac
in parte moderationem eāquam adhiberi.

In quorum omnium fidem sigillum nostrum subappressum est.

Responsum omnium Ciuitatis Gedan-
neñ Ordinum & incolarum, ad pro-
positam non ita pridem per Legatos
Mt̄is Regię eiusdem voluntatis de-
clarationem xxiiij. Iunij Anno

M. D. Lxxvij.

C Vm Sereniss: Regia M̄tās D̄nus n. c. dubio procul
maximis & pr̄gnantibus de causis Legatos suos
magnae authoritatis viros, ad declarandam voluntatem
suam Regiam, non tantum pro more veteri ad omnes hu-
ius Ciuitatis Ordines, sed omnes in vniuersitate incolas
ablegare.

ablegarē dignata fuerit: operā pretium se facturos existi-
marunt omnes illi, quos negotia hæc quoquo modo cōcer-
nunt, si collatis suffragijs suam & publicæ Ciuitatis, quō-
ad eius fieri posset, defensionem pararent. Et cum intelli-
gant eam declarationem non tam à Mīē R. cui incolarum
huius Ciuitatis & rerum publicarum administratio non
satis cognita & perspecta esse potest, quām ab aduersa-
rijs, qui animum Mīis Regiæ occuparunt, & eos seorsim
qui cum Magistratu sunt tanquā impios, in patriam cru-
deles, ac cum reliquorum ciuium numero periuros traduxe-
runt: Existimarunt eam suam, quam ipsa necessitas ex-
torsit, defensionem non aduersus Mīēm Regiam, sed per-
petuos illos suos aduersarios parandam & exarandā esse:
Serenissimam Mīēm R. interim enixo studio rogantes et
obsecrantes, ne hæc aliorum q̄ quemadmodū bona fide ac
integrè scribuntur, pro gratia & clementia sua Regia ac-
cipere, neque existimare clementissimè dignetur, nos hæc
offendendi, vel pacis excludendæ, sed tantum defendēdi et
innocentiam nostram ostendēdi animo scribere: demissi-
simè obtestantes, vt Mīas R. alteram suam Regiam au-
rem nobis quoq; præbere, & nō tantum unius partis dicta
admittere, sed post eius causæ examen trutina castigatum
eas clementissimè rationes inire dignetur, quibus funestū
& minus necessarium hoc suscepsum bellum, & Terra-
rum suarum ac fidelium subditorum deuastationes et di-
reptiones, per Dei gratiam in aliud magis necessarium
locum transferri possit.

Ac quod initio insimulamur, quasi nos ipsos à com-
munione eius Reipub. cui M̄tas R. omnia debeat seiun-
xerimus, & ipsius quoque M̄tem indies magis magisq; of-
fendere, summa cum periculatia non destiterimus, Illum
testamur, qui corda & renes scrutatur, ea nunquam ne-
ad cogitationes nostras penetrasse, nedum ut reipsa eum
ad modum perpetrata fuisse quisq; ostendere possit, Quod
omnes tam oretenus quam scripto editae declarationes no-
stre satis superq; testantur, quib. aperte & manifestè de-
monstrauimus, non constituisse nos rationes nostras ab
inlyti Poloniae Regni rationibus seiungere, neq; in ani-
mum induxisse à vetustissima Maiorū nostrorum incor-
poratione nos segregare, sed omnia propter bonum publi-
cum, & conseruationem iurium, Priuilegiorum & liber-
tatum ad eum modum facere, quemadmodum in ea sente-
tia etiamnum persistimus, cupere scilicet nos insistere
Maiorum nostrorum vestigjs & Regno Poloniae, Saluis
iuribus & Priuilegijs atque sublatis grauaminib. nostris
fidem nostram absque aliquo fuso fideliter probare.

Aduersariorum nostrorum à multis retroaelis an-
nis hoc ynicum fuit studium, ut nos in discriumen vitæ,
honoris atque omnium facultatum nostrarum adduceret;
Et nihil illis ad eam rem cōmodè perficiendā hælenus de-
fuit, quam ea quæ se illis prob̄ dolor nunc cum harū Ter-
rarū & huius Cuiutatis excidio fermè obtulit. Nam scepa-
trum Regni Poloniae tenente D. Sigismundo Augusto
Rege

Rege laudabilia memoriae, Cōmissionem quandam impe-
trauerant, qua non tantum iurium, Priuilegorum & li-
bertatum, sed totius etiam Status huius Vrbis rationes
euertere, Et cum nobis iurium & Priuilegorum indem-
nitatem promitteret, illi ipsi contra Priuilegorum nostro-
rum manifestum tenorem, bona Ciuitatis terrestria preca-
rio adipisci & in suos usus transferre conatis sunt, Vnde
infelix illa placatio, Constitutiones Cōmissoriales, varia
Decreta & oīs generis mala originem traxerūt. Quamuis
omnes Ciuitatis Ordines contra illius Commissionis seriem
solenniter protestati sint, nec quidq̄ quod in ea continere-
tur vlla ratione agnouerint vel acceptarint. Atq; vt tum
de illorum proposito & instituto nihil decederet, militem
quoque per urbem cōscripserunt, atque ita Ciuitatem va-
rijs difficultatibus implicarunt, & ad faciēdos minus ne-
cessarios sumptus impulerunt. Deus autem qui omnia pro
sua diuina prouidentia moderatur & gubernat, ceptis
tum illorum minimē fauit, sed Ciuitatem per suam dini-
nam gratiam liberauit & in pristino statu conservauit.

Post obitum vero D. Sigismundi Regis Augu-
stæ memoriae, cum modernus Francorum Rex Christia-
nissimus omnium suffragijs in Regem Poloniæ adsci-
ceretur, sed aduentum suum in aliquod tempus ex-
traheret, illorum instinctu Ernestus VVierus exer-
citum aliquot Centum equitum ac peditum collegit,

L 3. eum q;

eumq; ad vrbis ferme mænia adduxit, & ita omnem hanc
viciniam miserè populatus est, & Ciuitatem multis incō-
modis implicitam, varijs insuper difficultibus affectit et
sumptibus oneravit. Verum & tum temporis Deus iu-
stissimus iudex omnes illorum conatus irritos esse voluit.

Nunc vero vbi Sereniss: R. M̄tā singulari DEI
prouidentia in solium Regale, nō tamen sine votorum di-
scrpantia, quibusdam R. M̄tēm vestram, quibusdā ve-
ro, in quorum numero & nos fuimus, Romanorum Im-
peratorem vita laudabiliter defunctum nominantibus,
collocata fuisset, & nos qui in ipso quasi limine terra ma-
riq; varijs expositi sumus periculis, propter cōmunem vti-
litatem diutius quam ceteri electioni Imperatoriae adhæ-
rere coacti fuimus: ea tamen addita declaracione, quod ab
vnione Reipub: cōmunis Regni Poloniae secessionem pa-
rare non cōstituissimus: ibi aduersarij nostri diu expedi-
tam ansam naclī, cum semper apud M̄tēm R. præsentes
essent, nos apud eam quasi homines extremè impios et om-
nium mortalium deterrimos traduxerunt, vnde procul
dubio diu ante Sereniss: M̄tēs R. in has Terras aduentū
exercitus immissus est, qui varias minas, etiam de ipsis in-
fantibus trucidandis iactauit, & homines ex hac saltem
Ciuitate oriūdos, licet alterius iurisdictioni subiectos, vin-
ctos abduxit & omnibus bonis spolauit. Quod vbi ad
nos perlatum, & facilis conjectura esset, eas artes adver-
sorium nostrorum ad nos perdendos, quod iam pridem
instituerant,

instituerant, comparatas esse, paruam saltē eo initio
manū collegimus, vt nos cōmodē tutari, & ab illorum
technis tantisper securi esse possemus, donec M̄t̄ R. rem
omnem exponeremus, & de Priuilegiōrum ac iurium no-
strorum indemnitate nobiscaueri peteremus, Inde ipsi an-
sam nos apud Miēm R. traducendi naclī sunt, quasi nos
ab vniōne Reipub. Regni Poloniæ seiungere constituisse-
mus, vnde proscriptiōnis stylo perculsi, & omnia ea incō-
moda atque difficultates ad hoc usque temporis momentū
nobis conciliatae sunt. Cum verò Deo & cōscientia nostra
testibus, secessionem ab inclito Poloniæ Regno parare
nunquam constituerimus, quinimo nihil magis in votis
babeamus, quam vt saluis iuribus & Priuilegijs cum M.
Regia & Regno in gratiam redire possimus, quantis pos-
sumus maximis precibus rogamus & obtestamur, ne eas
Sereniss: M. R. de nobis cogitationes induere dignetur,
quasi nos ab vniōne Reipub: unquam subducere in ani-
num induxerimus, & eapropter nos, quēadmodum prōb
dolor cum cōmuni Reipub: exitio cēpit, nō armis & bel-
lo persequatur, sed totius causæ statum penitus potius di-
squirat & dissipiat, & proculdubio comperiet, nos ab
eiusmodi criminibus immunes prorsus esse.

Quod deinde nobis obicitur, quod M̄t̄ R. vio-
lare voluerimus, idq; paucorum superbiam & luxum ef-
fecisse, quorum cupiditas priuatis ipsorum fructibus ex-
pleri non potuerit, sed qui vectigalia publica depeculati-
sint.

fint, & abligurient, laboribus & sudore frigi ciuium se
ingurgitauerint, & quod malefici omnes soleant, vniuer-
sam Ciuitatem suis artibus perdere quam soli interire vel
saltem egere maluerint. Ad ea respondemus nos qui nunc
Magistratus officio in hac Ciuitate fungimur, & propter
comunem utilitatem tempus, cum periculo valetudinis &
omnium facultatum nostrarum, perdere cogimur, Nobis
id preter meritum nostrum imputari, & esse nos ab eius-
modi vitijs & criminibus immunes, & sumus parati pu-
blicis libris, computatis rationibus & regestis docere, in
quem usum prouentus publici translati sint, quem admo-
dum & eo tempore, cum D. Comissarij in Ciuitate regnâ-
re D. Sigismundo Augusto Rege fuerunt, factum est, Si
verò id non sufficere existimat, sed quisquam repetun-
darum reus postulatus fuerit, neque rationes officij sui
reddere possit, is quod iura equum censem, ferat. Interim
vero rogamus, ne Mias R. reliquis bonis viris eam notam
cum ignominiae labo inuri patiatur, sed eos ab eiusmodi
iniarijs & criminationibus clementer defendat & tuea-
tur.

Quid deinde Maiestas Regia à nobis requisire-
rit, memoria recolere possumus, & nos quoque nihil eo-
rum quae in aequitate essent posita recusasse, sed id sal-
tem rogassem, ut nos penes Religionem nostram Augusta-
na Confessionis, (de qua etiam Maiestas eius nobis pro-
spectum esse voluit, quo nomine immortales plane-
Maiestati

Mt̄ Regiae agimus gratias) iura, libertates ac Priuilegia,
sublati quæ in cōtrarium irreperserunt grauaminibus, cle-
mentissimè conseruare dignaretur. Ac licet dicatur M̄tēm
R. Iura & Priuilegia nostra cōmuniter cum totius Reg-
ni iuribus & Priuilegijs sanxisse, & nobis etiam illorum
confirmationem separatim dedisse: tamen magnam inter
iura & Priuilegia Regni Polonie & nostra differentiā
& discrepantiam esse animaduertimus, nostris iuribus et
Priuilegijs, cum Regni immunitatibus ex diametro pug-
nantibus, ita vt per iuramentum Mt̄s R. quo in iura
tantum vtriusque gentis Polonicæ & Lithuanicæ iura-
tum est, nostra Priuilegia & iura sublata prorsus intelli-
gantur. Et quamuis memoria adhuc complectamur, quod
Thorunij Status & Ordines harum Terrarum demissi-
simè rogarint, dignaretur Sereniss: R. Mt̄s iuramētum
suum clementissimè declarare, ne iuribus & Priuilegijs
harum Terrarum esset præiudicio, & id etiam iterato per
Mt̄em R. illis promissum fuisse: tamen nondum audiui-
mus illos eam declarationem sub Regni sigillo & manū
Mt̄s Regiae impetrasse, ita vt non videamus, quid nobis
de cōmuni bus harum Terrarū iuribus & Priuilegijs pol-
liceri debeamus.

Licet nobis etiam nostrorum Priuilegorum con-
firmationis formula transmissa fuerit, pro qua immorta-
les Mt̄ R. agimus gratias, tamen ea nobis parum pdesse
poterit, nisi iuramētum Mt̄s R. ad eum, quo supra diētū
M̄ est, mo-

est, modum declaretur, & grauamina contra ea perperam
irrogata tollantur & abrogentur, praesertim quod ad pri-
ora grauamina hoc nunc quoque, præter omnem expetita-
tionem nostram, accesserit, quod in Responso Mts Reg.
principium ex Priuilegijs nostris de Contributionibus &
plebiscitis condendis, in dubiu vocari cæptum fuerit, quasi
in illius vsu nunq[uo]d fuerimus, cum tantum in eius vsu &
pacifica possessione cum Maioribus nostris supra centum
& Viginti annorum spatium, atque ita supra hominum
memoriam fuerimus. Tum confirmatio etiam nihil noui
iuris addit, sed propterea saltem confirmantur Priuilegia,
ut eò Sereniss. Reges testentur, Priuilegia subditis meri-
tò esse concessa, & quod ad eorum conseruationem se ob-
strictos profiteantur.

Quod etiam quædam grauamina sublata fuerint,
Mtis Reg. demississimis verbis permagnas agimus gratias,
Maior tamen pars, in quibus salus & incolumitas Ciu-
tatis vertitur, ad Regni conuentum publicum reiecta est.
Qua in resummo quo possumus studio rogamus, ne Mtis
Regia nos in eas angustias coniugere dignetur, cum nihil
Civitati sit periculosius, quam Priuilegia supra hominum
memoriam possessa nunc demum in dubiam vocare. &
Comitiorum cognitioni & disceptationi subjcere, in quo-
ram pacifica possessione nos cum maioribus nostris semper
fuiimus, que etiam ab omnib. Antecessorib. Mtis vestrae
absq[ue] aliquo dubio & disputatione confirmata, & ad hoc
vsque

vsque temporis momentum sarta tecta cōseruata sum. Si
vero alia ratio iniri non possit, hoc saltē supplicibus p̄-
cibus rogamus, vt nobis M̄tās R. Reuersalibus suis literis
clementissime cauere dignetur, id absque aliquo p̄audi-
cio & detimento nostrorum Pr̄iuilegiō futurum esse.
Nihil dubitātes, vbi id factū fuerit, facile aliquā rati-
onem inueniri posse, qua omnes istae difficultates absque
armorū strepitu fopiantur & complacentur.

Quod postea nobis obijcitur, in Ciuitate nihil aliud
interim actū esse quam vt oīa Regalia iura ex v̄rbe ex-
terminarentur, vt pecunia in signum dominij singulis an-
nis conferri solita non daretur, lautitia Regi venienti in
v̄rbē ex Pr̄iuilegio prisco non suppeditarētur, &c. Certè
ea in parte debito suo hactenus non defuerūt Ordines, nec
in posterum quātum in ipsis est deerunt. Ceterum D. Si-
gis mundus Augustus pensionē illam annuam (ratas vo-
cant) q̄ Sereniss. Regibus quotannis pendis solebat, simul
& semel Ciuitati, tum cum bellum Liaonicum v̄rgeret, et
Reipub: necessitas exigeret, pro credito septuaginta milliū
florenorum, q̄ sua fide Ciuitas sub v̄furis in mutuū accē-
pit, cum Cōsiliariorum Regni consensu, Successorib. sua
in eandem rem obligatis, hypothecā loco reliquit: Sic vt
maiores partem eius pensionis in v̄furā annuas Ciuitas
erogaret, reliquum ad M̄tis eius ærarium deferret. Quod
si igitur de sorte septuaginta millium florenorum Ciuitati
reclē satissiat, nihil obstabit quo minus integræ pensione
per vii consuetum erat, quotannis exoluantur.

Ad lautitia vero (stationem quam vocant) quod at-
tinet, ea nunqu planè recusauimus, sed Ciuitatis ærario id
perdifficile esse, quotannis etiam absente Merito Re, stationē
trium dierum pendere ostendimus, & cum id antiquitus
nec in hac nec in alijs Ciuitatibus fieri consueisset, vt no-
bis quoque Serenissima Re. Meritos ea in parte suam gratiam de-
clarare clementissimè dignaretur rogauiimus, ita vt non
videamus, cur insimulemur, quod omnia Regalia iura
ex urbe exterminare voluerimus, cum id nunquam ad co-
gitationes nostras penetrarit.

Quod etiam humillimè rogauiimus, vt Reg. Meritos,
cum Ciuitatem feliciter ingredietur, comitatus sui numerū
ita moderari clementissimè dignetur, ne vel oneri sit Ciui-
tati vel maior inde aliqua perturbatio proueniat, Id non
existimamus in eam partem acceptum iri, quemadmodum
pròb dolor videmus, quasi rex non aliter quam cum pau-
cis priuatus & in ordinem redactus in urbem admitti de-
beret, cum id ex debita quadam sollicitudine nō animo la-
dendi vel offendendi Meritom Re. profectū sit, ne status Ciui-
tatis perturbetur, quemadmodum temporibus D. Sigis-
mundi Augusti factum fuisse meminimus, animis præser-
tim nunc magis exacerbatis, quemadmodum id non ita
pridem ex quorundam verbis animaduertere potuimus.

Quod etiam ea in Comitijs Regni publicis sancita
sunt rescindere voluerimus, nunqu nostri fuit vel instituti
vel propositi. Sed hoc non videmus quomodo quis nobis
vitio

Vitio vertere velit, si rogamus, ut ea quæ in publicis Regni Comitijs in tergum nostrum, nobis non præsentibus acta vel statuta sunt, quemadmodum in relatione negotiorum Cōmissorialium factum esse meminimus, ad cuius publicā refutationem nunquia admitti sumus, nobis in integrum restitutis, reuideantur & retractentur.

Cuius generis & illud est, quod cum Orbinib. Regni ac eius Concilijs nihil cōmune habere vēlimus, cum id non alia ratione dixerimus, quam quod cum consilijs inclyti Regni Poloniæ Status harum Terrarum & nos eorum membrum nihil cōmune habeamus, cum proprij nobis sint Consiliarij & concilia in hisce Terris Prussiæ, ex præscripto cōmunis Priuilegij harum Terrarum. Ad quæ concilia seu conuentus Sereniss: Reges Poloniæ, quotiescūque de rebus has Terras concernentibus agendum esset, suos Oratores mittere, & cum Cōsiliarijs harum Terrarū consilia de rebus Prussicis suscipere, & res omnes cum eo runderem consilio tractare, terminare & definire, ac ita eos penes sua iura & Priuilegia conseruare cōsueuerunt. A paucis verò retro actis annis Consiliarij harum Terrarum, contra tenorem cōmunis Priuilegij & cōmunia iura, ad conuentus Regni trahi cæperunt, vbi negotia Pruthenica Polonicis contra morem antiquissimū misericōri cæpta, & Consiliarij harum Terrarum numero pauci, pluralitate votorum à Consiliarijs Regni facile vieti, omnibus Priuilegijs et libertatib. paulatim exutisunt. Quod

onus nobis præ cæteris incumbit, qui à Deo immortali et
Sereniss: Poloniæ Regibus ob nostra et Majorum nostro-
rum incomparabilia merita, quorum nempe opera Prus-
theni ad inclytum Poloniæ sceptrum vtrò ac sua sponte
accesserunt, Priuilegijs & Libertatibus exornati sumus,
ita vt præ cæteris non immerito quoq; conqueramur, Pri-
uilegijs, iuribus & libertatibus nostris insigne præiudicium
allatum esse. Nec arbitramur vel Miēm R. vel quenquā
æquitatis amantem id nobis vitio daturum, quod præ cæte-
ris id quod res est dicimus, & vulneribus nostris remedio
um opportunum quærimus. Præter hæc communionem, ex
majorum nostrorum iureiurando & obligatione, cum
Ordinibus Regni agnoscimus & liberè profitemur.

Quod etiam dicitur, nos Regia Mī tantum quoad
vineret, nō Regno, et si in eius sortem, subiectionem ac ti-
tulum ex majorum iureiurando concessissimus, fidem ob-
stringere voluisse, id nunq; factū fuisse meminimus. Et
licet maximè factū fuisse, non videmus tamen, cur id no-
bis vitio verti debeat, cum Mī R. quā Deus immortalis
pro sua diuina voluntate diu saluam & incolumen cōser-
uet, post mortem obstricti nulla ratione esse possimus, sed
ipsa necessitas exigit, vt nos denuo successori obstringa-
mus, salua communione & incorporatione, cum inclito
Poloniæ Regno, in cuius titulum & sortē, non vero sub-
iectionem (quam Sereniss: Regibus nos tantum debere
profitemur) Maiores nostri concesserunt, quam non Doo-
minum

minum sed membrum unius corporis, cuius caput est Rex Poloniae, agnoscimus, & propterea non arbitramur ea re cuius à nobis nunquam tamen ulla facta fuit mentio, Regiam Maiestatem offendam fuisse.

Quod etiam humillimis precibus regauimus, si post præstatum à nobis iuramentum, quod Priuilegium obseruatum non fuisset, ut & nos à iure iurando dato liberi esse possemus, Non è factum est, quod de Mte Regia, vel minimum dubitauerimus, sed quod memoria repaterimus, qua haclenius Priuilegiorum & libertatum nostrorum misera fuerit cōditio, & quomodo in Comitys Regni in dubium vocata fuerint, prouidere cupientes, ne in posterum tale quidpiam nobis iterum accidat.

Quod præter iniquitatem postulatorum nostrorū, illud longè inqui^o ac magis impium fuerit, quod impetratis literis Salui conductus, vanitate verborum tempus extrahere, sub tractatus tot crimina cōmitere debuerimus, Militem numerosiorem contra conditiones Saluiconducētus adsciendo, libellos contumeliosos Regio & Polono eo nomini per Germaniam spargendo, carmina ut insulfissimè ita petulantissime conscripta de Rege ac gente Polona per ciuem nostrum scientē & iubente Magistratu in Urbe typis mandando, copijs nostris domos vicinorum subditorum iidem Regiae Maiestatis nobilium virorum spoliando, Monasterium Oliueñ cuertendo, &c.

Testamur:

Testamur illum cui nihil absconditur est, quod
post impetratas securitatis literas militem numerosiorem,
quam qui iam collectus fuerat, non costriperimus, sed et
eum qui reliquias fuit mittere in animo habuerimus, quam
primum per rationes publicas & pecuniam ad eam rem ap-
primè necessariam licuisset, quemadmodum etiā aliquot
vna cum equitibus tum temporis exauctora uimus, Et In-
ternuncios nostros ad eam peragendā sententiam nostrā,
cum debita fidei & subiectionis delatione ad publica Co-
mitia Thorunium ablegauimus, ac si qua in parte errasse
existimari potuissemus, Mtm R. quatenus sine publica
Ciuitatis infamia & ignominiae labe fieri posset depreca-
rentur, ut ita in gratiā Mtis R. suscepti omnium istorū
malorum finis aliquando fieret. Cum vero, Internuncij
nostris in custodiam conditis nostri nulla habita fuerit
ratio, & hic præforibus nullus rapinarum, incēdiorum,
& hostilis conatus modus statueretur, ad nos defendēdos
præter voluntatem nostram coacti fuimus, ut vim & in-
uriā nobis et subditis nostris, illorum uxoribus, liberis,
fortunis & facultatibus illatam à nobis propulsaremus,
quod nunq ad eum modum in aēlum deducere in animo
habuimus, Si miles abductus & priuicia haec pacata red-
dita fuisset, præsertim cum fidem, obedientiam & subie-
ctionem debitam non detrectaremus, & nos saltem penes
iura & Priuilegia nostra, abrogatis quæ in contrariū ir-
repserunt grauaminib. conseruari humillimè peteremus.

Quomodo

Quomodo enim nobis militem mittere possibile fuerit, quo-
rum possessiones indies incendys & rapinis vexarentur,
non tantum M̄tis R. sed cuiusuis etiam esto iudicium.

Ad libellos illos famosos & carmina insultissime
ac petulantissime conscripta quod attinet, quae etiam ad
manus nostras aliqua ex parte peruererunt, in hac Ciui-
tate typis non sunt excusa, multo vero minus nobis man-
dantibus vel scientibus, sed aduersariorum potius instin-
tu alibi excogitata, & ad nos magis magisq; aggrouan-
dos & opprimendos sub huius Ciuitatis insigniis forsan
edita, cum Ciuitatis insignia quoquis alio in loco & que ac
hic exprimi queant. Et quemadmodum nunq; compertum
fuit, nos res eiusmodi tractasse, vel carmina & libellos
famosos in aliorum contumeliam excogitasse, ita etiam à
typographo illius facti rationes exegimus, qui id sub amisi-
tione vita & omnium facultatū suarum à se factum esse
negat, sed alibi facta & excogitata, & ita prælo subiecta
fuisse, quod & Ciuitatis male picta & adulterina signa
atque typi etiam satis superq; edoceant.

Quod etiam vicinorum domibus aliquantum incō-
modi allatum est, ipsi eius rei caussam & ansam præbue-
runt, qui ciues & subditos nostros nō tantum hostili ani-
mo aggressi sunt, sed etiā in vijs publicis interceptos vin-
ellos in custodiam abduxerunt, & Ciuitatis etiam posses-
sionibus tam publicis quam priuatis multum incōmodi ac
detrimenti attulerunt, abaclis tāquam ex hostico pecorib.

N & frugibus

¶ frugibus ex granarijs abductis. Quod nisi fecissent, tu-
tò vitam. & securè agere potuissent.

Oliueñ Monasterium quod dirutum fuerit, illius
rei causam ipse Dominus Abbas & antehac multoties et
nunc etiam multò magis præbuit. Cum literæ in illius Mo-
nasterio inuenirentur, in eam sententiam pscriptæ, ut Er-
nestus VVeierus opportunum locum sibi & suo militi in
tempore deligeret. Cum vero locum magis opportum ad
incōmodandum Ciuitati & rationibus nostris non vide-
remus, satius esse duximus Monasterium illud deicere,
quam aduersarijs omnes nobis damnum inferendi occasi-
ones præbere.

Quod etiam postremo exercitum nostrum emittere
coacti fuerimus, non tantum assiduis rapinis & incendijs,
quibus possessiones tam publicæ quam priuatæ indies miserè
diuexabātur factum est; sed etiam quod subditi Ciuitatis
& eorum liberi abducerētur & in perpetuam seruitutem
diuenderentur, contra nos bellum in Comitys Inowladi-
slauieñ publicè decernetur, & eorum numerus, qui nobis
præ ipsis foribus superbè admodū insultabant, et ad pug-
nam verbis contumelia & contemptu plenis omni die pro-
uocabant, ad nos prorsus delendos & euertendos quotidie
augeretur, Coacti tandem fuimus fortunam nostram ex-
periri, num ad eum modum iniuriam & vim nobis illata
à cernicicibus nostris & subditorum ppulsare & pacem
diu expeditam recuperare possemus. Verum cum Deo pec-
catis

catis fortasse nostris irato aliter visum fuerit, nos paternam hanc ipsius castigationem deuotissimis animis accipimus & oramus, ut in posterum clementer nos respiciat, & iram suam, pro sua diuina misericordia à nobis auertat. Quod vero tum temporis Tartaros Russiam vastare, vel Illustriss: Duce in Prussia id poscere ut in gratiā Majestatis Reg. reciperemur, audire debuerimus, verè fateri possumus, nos tanquam obseffos, omnibus vīs & cōmeatibus interclusis, eius rei ne minimum quidem verū argumētum vel inditiam habuisse, sed supradictas caussas nos ad militis emissionem impulisse. Ex quibus omnibus colligitur nos non temeritate quadam in has calamites delapsos, sed eò graibus ex caussis deductos esse, atque ea propter cōfidimus & in ea spe sumus certi, Sereniss: Majestatem R. nostri clementissimam rationem habiturā, & suam Regiam gratiam nobis eo magis benignissimè declaraturam esse.

Quod insuper additur Mti R. & omnibus notas esse difficultates nostras q̄ nos premant, Nec latere Miēm Regiam & eius Consiliarios vbiq; à Principibus & Ciuitatibus nobis negari auxilia. Miramur sanè cur ea in vulgo spargantur, que nunquam ad animum nostrum admisisimus, cum nulla vñquam auxilia à Principibus vel Ciuitatibus petierimus. Neq; arbitramur, cum literas suas ad Sereniss: M. R. dederint, & quid Regno Polonie pro veteri cum eo cōiunctione debeat pfessi sint, (quo nomine

Deum immortalem precamur, ut ea coniunctio & fæderū
quæ sita ratio Regno Poloniae perpetuò salutaris sit, et ad
obtinendam pacem & tranquillitatem publicam plineat)
quod simul ostenderint, nos auxilia ab eis vel consilia vnu-
quam expetiuisse, cum ea ratione à communione Reipub:
Regni Poloniæ recessisse dici possemus, quod vero nunq;
factum esse & conscientia nos nostra consolatur, & res
ipsa quoque docebit.

Ac cum ipsa Sereniss: R: Mts bas suas Terras
& Ciuitatem ys incōmodis affectam minimè velit, quem-
admodum hoc pro sua ingenerata clementia satis superq;
testatum nobis sua declaratione reliquit, supplicibus pre-
cibus humillimè rogamus & obsecramus, vt S: R: Mts
nostrī clementissimam rationem habere, caussas propter
quas in has difficultates delapsi sumus benignissimè expē-
dere, & sibi id de nobis persuassimum habere dignetur,
nos non esse eos, neque vñquam per Dei gratiam futuros,
qui à cōmunione Reipub: Regni Poloniæ secessionem pa-
rare, vel rationes nostras ab illius rationibus seiungere cō-
stituerimus, Saluis nostris iuribus Privilegijs & con-
suetudinibus, atque abrogatis quæ in contrarium irrepse-
runt & irrogata sunt incōmodis & difficultatibus, atq;
eapropter eas rationes clementissimè inire dignabitur, qui-
bus funestum hoc bellum et humani sanguinis fusio pror-
sus auferantur, & nos Mts R: reconciliati fidelium sub-
ditorum numero habeamur, &c. Et quemadmodū Mts
Regie

Regiae laudabilius erit benevolentia & mansuetudine si-
deles subditos deuincire potius, quam cuiusuis offensionis
ergo, spem omnem clementiae Regalis praecidere, nedum
atrocios quippiam in eos statuere, ita nos etiam quemadmo-
dum fideles subditos decet, pro fidei, obedientiae ac subie-
ctionis nostrae debito, comparabimus, ne Mitem R. vñquā
péniteat, quod nobis clemētiam fauorem & gratiam su-
am Regiam ad eum modum impartiri dignata fuerit.

Omnino sperantes Sereniss: R. Mitem omnes offen-
sas clementissimè seposituram, & nos gratia sua Regali
benignissimè complexuram esse. Quod vt cum cōmuni to-
tius Reip. bono fiat Deum ardentissimis votis precamur,
vtq̄ hoc diutius Sereniss: M. R. pro cōmuni Reipub: sa-
lute amplificanda promouendaq; saluam, incolumem atq;
florentem conseruet, oramus.

Literæ ad Consiliarios in castris agentes.

R Euerendissimi, Illustres, Magnifici, ac Generosi
Dñj, &c. Quam infelici fato Ciuitas in eas quibus
nunc laborat difficultates deuenerit, manifestius est Re-
uerendiss: Illust: Mag: ac Gen. Dom. vestris, quam vt
pluribus hoc loco verbis indigeat. Nos quidem nihil ma-
gis in votis habemus, quam vt rebus pacifice cōpositis, in
vniuersum publica tranquillitas restituatur, ac vti iam
antea, saluis iuribus nostris, nihil omnino quod ad fidem,

officium nostrum, & aequitatem ipsam pertineret detra-
ctauimus: ita nunc etiam Sacræ R. Mti Dño nostro cle-
mentissimo subectionem & obediētiam ys rationibus hu-
milimè obtulimus, quibus speramus trāquilliorē statum
haud difficulter posse recuperari. Quam ad rem cum plu-
rimum momenti Reuerēdiſſ: Illustriſſ: Mag. & Gen. D.
vestræ possint afferre, facere non debuimus, quin illarum
etiam studium, auctoritatem, & patrocinium, pro Ciui-
tatis incolumentate benignè tuenda, liueris hīſce nostris im-
ploraremus. Experti quidē sumus iam antea, nonnullos ex
ipsis (quod cum omnium gratia dictum sit) qui priuatis
forsan offenditionibus ducti non optimè nobis voluerunt,
rebus nostris non parum obſtitisse.

Veruntamen̄ non dubitamus, propter communem
Reipublicæ salutem, de cætero benigniorem eos animum
ad pacis stabilitatē studium allatuſos: præſertim ſi, quod
perquam reuerēter rogamus, auctoritate cæterorum amicē
fuerint admoniti. Quapropter in yniuersum Reuerendiss:
Illustriſſ: Mag. & Gen. Dom. vestrās quam possumus
diligentissimis verbis obſecramus, vt pro conſeruanda Ci-
uitatis salute & incolumentate, in medium clementer con-
ſulere, ſi quid est priuatarum offenditionum id tranquilla-
tati publicæ condonare, demum ipſius Regie Maiestatis
animum ad clementiam & mansuetudinem potius erga-
fideles subditos, quam ulteriorem aliquam offenditionem
permouere dignentur. Cuius rei facilius obtinendæ ſpem
quenad-

quemadmodum in Earundem benignitate maximè repositam habemus: ita nos omnes isthuc paternæ pensionis beneficio, ad omnium quæ nostræ facultatis erunt obsequiorum studia longè sibi reddent deuinclissimos. Quas benè feliciter q̄ valere peroptamus. Datum Gedani die xxvj. lunij Anno M. D. Lxxvij.

Admissis in conspectum Ineernuncij, & precibus illorum auditis, Regia Maiestas in hanc fermè sententiam respondit.

Nihil à vobis vel æqui vel iusti postulatū est, quod nō Netiam clemēter cōcesserimus, vt ex omnibus priorib. actionibus apparet. Quemadmodum autem Ciuitas illa se in præsens hoc & extreum discriminē cum Reipub. detrimēto, incōmodo Regni, nostræ etiam dignitatis diminutione p̄cipitau erit; id palam est omnibus q̄ notissimum. Quæ vero tanta calamitatis sit cauſa non inelligimus, p̄sertim cum inclytum hoc Poloniæ Regnum non hostiliter aut vi, sed singulari Dei beneficio vnanimi omniū cōsensu pacatè occupauerimus, & ab omnibus Regni Ordinib. ita excepti simus. Ciuitati isti soli quid obstiterit quod debiti officij memor non fuerit, debitamq; fidem præ ceteris omnibus detrectauerit, non videmus, Nam quod de Priuilegiorum & iurum cōfirmatione p̄tenditur, scimus q̄ Bidgostie tractata sint, quorū etiam Ciuitas meminisse potest. Sin vero Ciuitati ea in re non satisfactum (quod nō censemus) certè ista non sunt iusta & legitima media, quib; iura & Priuilegia solent conseruari: velle scilicet ea a Regibus armata manu extorquere.

Præ-

Prædecessores vestri ea Priuilegia non vi aut armis, sed
obsequijs & benemeritis, ab Antecessorib. nostris D. Po-
lonie Regibus impetrarūt, ita & vos ea conseruare debu-
istis, non ea ratione, vt factum est, tranquillum hoc Rega-
num, pacatamq; Prouinciam turbare, tantoq; officere dam-
no. Quid autem ea re effectum, & in quas difficultates
& angustias Ciuitas coniecta sit, illi experiuntur, qui ad-
huc suorum sanguine quasi madefacti præsentem calamiti-
tatem deplorant. Magisq; experientur, si in hoc proposito
perstiterint suiq; officij memores non fuerint. Cum quibus
ista sit vobis contentio, animo bene perpendite, Contra eos
arma sumpsisti, quibus cum Prædecessores vestri vixe-
runt coniunctissimi, à quibus ea Ciuitas pluribus beneficijs
ornata, & ad florentissimum illum statum, in quo fuit,
elata fuit. Quanto autem hæc fiant cōmodo, præsens hic
tristis Reipub. status testatur, per quem non solum flore-
tissima hec Prouincia: sed ipsa quoque Ciuitas, quæ non
immerito Regni ornamenta dici possunt, depopulationi-
bus deuastantur & euertuntur.

Cum tamen Ciuitas illa non possit à quoq; tantis
beneficijs q; ab inclyto hoc Poloniæ Regno affici, cui si cō-
iuncta fuerit, præter alia plurima cōmoda, & propugna-
culum Regni munitissimum dici poterit. Vt enim diffici-
le vobis foret Lubecam Ciuitatem maritimam, resistente
toto Imperio Romano, superare: Sic certè longè difficiili⁹
Ciuitatē Gedanēsem quis inuitis Polonis capiet. Sin verò
disiuncta

disiuncta & separata à Regno fuerit, desolata iacebit, nec
à Dano vel alio quoq̄ ita seruari & ornari poterit, quem-
admodum nos eam ornare & beneficijs Regy's officere cō-
stitueramus, nisi ipsa contra propria cōmoda laborasset,
sibiq̄ in ea re obstitisset.

Per Legatos nostros, quo animo in Ciuitatē simus,
nuper significanmus, gratiam nostram Regiam obtuli-
mus, quam & nunc, modò resipueritis, deferimus. Quām
graue imò & impossibile vobis futurum sit bellum h̄c,
eiusq̄ onera contra amplissimum Polonie Regnum susti-
nere, quisq̄, modò ne ratione careat, intelligit. Et si negoci-
um hoc ad extrema deuenire sinetis, Aut Ciuitas amplissi-
mo hoc Regno potietur, & nos ante eam (quod Deum
Opt. Max. non concessurum speramus) succumbemus,
Aut ea tandem ad officium debitum & subiectiōne redi-
getur. Licet enim Ciuitati iam de rebus omnibus necessa-
rijs, et iam ad quinque vel sex annos satis prospēctum fu-
erit (quod tamen non credimus.) Tamē ea omnia succes-
su temporis diminuētur, Euenietq̄ illud imperat: Respō-
sum Atheniensib. datum. Cui cum ab Atheniensib. nun-
ciatum esset, se adhuc ad decem annos & annonam et ne-
cessaria vitæ habere, Respondit vndecimo tamen anno
vos capiam. Itaq̄ monemus & pro officio nostro paternē
hortamur vt resipiscatis, & ab hoc proposito desistatis,
quod si feceritis, de gratia nostra Regia non est quod am-
plius dubitetis

Hic Internuncij Regiae M^ti, pro clementissima illa
suæ mentis declaratione humilmas egerunt gratias, Ciui-
tatem multis rationibus excusando, quod ea omnia, quæ
hactenus gesta sunt, non alio quam conservandorum Pri-
uilegiorum suorum & iurium proposito facta sint, M^ti
Reg. ab aduersarijs nostris aliud persuasum esse: subie-
ctissimè supplicantes, vt S. R. M^tas Ciuitatis innocentia
clementissime attendere, eamq^e in gratiam & protectionē
Regiam benignissimè suscipere dignetur.

Ad ea Maiestas Regia respondit.

M^t Irāmur sanè, cur de gratia nostra & clementia
adeò dubitetis, quam tamen toties in hisce tracta-
tionibus experti esis, & per vos tantum steterit, quo mi-
nus negotium istud ad diu optatum finem perducum sit.
Quod culpam illius rei in quosdam Senatores confertis,
reipsa aliud experimur, dum manifestè apparet, quò actio-
nes vestræ directæ sint. Quamuis enim, vt Principem et
Regem decet, Senatorum vota præsertim in tantis nego-
cijs libenter audiamus, Tamen ne existimetis nos ita ex il-
lorum pendere arbitrio, vt alicui ex priuatis affectionibus
damnum vel detrimentum inferre patiamur. Quare vt
resipiscatis, & quid vestri sit officij, diligenter perpenda-
tis, sedulò monemus.

Rursum per Internuncios varia de Aduersariorū
pristinis conatibus adiecta sunt, humilima cum supplica-
tione,

tione, vt S. R. M̄tās ea nō alio q̄ pro summa Ciuitatis de-
fensione dicta clementissimē interpretari, & voluntatem
suę propensionis erga Ciuitatē ita declarare benignissimē
dignaretur, vt eius in natam et ab omnibus prædicatā cle-
mentiam & Regiam gratiam, cum omnibus alijs incliti
Regni Poloniæ membris & nos in conseruatione luirium
& Priuilegiorum nostrorum experiri possemus.

Sacra Regia M̄tās respondit.

Gratia nostram certò sperare debetis, modò id, quod
subditos decet feceritis, eoq̄ redieritis, quò præter of-
ficiū vestrū digressi estis, hoc est: Si Ciuitatē ad pristinā
tranquillitatem restitueritis, arma deposueritis, & milite
dimiseritis, & quod Ciuis est officium, debitam subiectio-
nem & fidem professi fueritis, Hoc si feceritis, præsentia-
bus hiscè difficultatibus liberabimini, & gratiam nostrā
indubitate experiemini. Et hoc est finale nostrum respon-
sum. Et quamvis hic per Internuncios humilimē iterum
supplicatum est, vt S. R. M̄tās, attento hoc tam diffici-
Ciuitatis statu, eandem benigniore animo & tolerabiliori-
bus conditionibus clementissimē in gratiam R. suscipere
dignaretur: Tamen in pristina sententia persistit. Et sic
per Internuncios pro concessa audientia humilimæ sunt
actæ gratiæ, simulq̄ scriptum superius recensitum quo in-
nocentia Ciuitatis latius demonstratur, obtulerunt. Quo
accepto, & salutata M̄tē Regia, discessum est.

Literæ Sereniss: Reginæ Maiestatis, Salui
conductus loco nostris Internuncijs ad
responsum finale mittendum datæ.

Stephanus D E I Gratia Rex Poloniæ,
Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ Prussiæ
Masouïæ Samogitiæ &c. Transylua-
niæque Princeps.

Significamus tenore præsentium quorum interest vniuersis & singulis, Quia ad intercessionem consiliariorum nostrorum damus Ciuitati Gedanensi facultatem ac Saluum conductum nuncios ad nos mittendi cum finali responso de pacata reddenda Ciuitate, milite dimittendo, subiectione facienda iuxta declarationem voluntatis nostræ illi per legatos nostros factam, ac in spem certam gratiæ nostræ, ita vt illis per eosdem legatos nostros & nosipos declaratum est, Ita vt tuto & libere venire ac redire possint, idq; ad vigesimam octauam diem mensis præsentis inclusuè, Intra quod tempus obseruari etiam volumus vt milites nostri in suis munitionibus & fossis qui sunt in propinquo vrbis se contineant: Et similiter etiam Gedanenses in suis manujs, ac ex nostris munitionib. in urbem, & ex vrbbe in munitiones nostras à iaculationibus abstineatur. Quamobrē id ad vniuersorum nostrorum officia-
lium:

lium subditorū ac militum noticiam deducimus, vt hunc nostrum Saluum conductum præfatis nuncys quoscunq; miserint conseruent. Pro gratia nostra & sub pœnis in violatores Salui conductus nostri sancitus. Datum in Castris ad Gedanum die xxvj. mensis Iunij Anno Domini 1577. Regni vero nostri anno Secundo.

Stephanus Rex.

Literæ Senatus ad Magnificum Domini- num Ioannem Zborouium.

Magnifice Generose ac plurimum gratiose Domine,
Magnificam Dom. vestram latere nolumus, nos ex
Internunciorum nostrorum relatione et tenore summis-
marum literarum securitatis satis superē cognouisse, quæ
sit Maiestatis Regiae sententia & voluntas, et quid à no-
bis præstari cupiat. Cum vero rerum nostrarum v̄sus ex-
poscere videatur, vt Mts ipsius Reg. per Internuncios no-
stros ad ea omnia respondeamus, quod cras, Deo benè iu-
uante, circa horam decimam, Internunciy loco consueto
suscipiendis, futurum confidimus: Mag. & Gen. Dom.
vestram maiorem in modum rogamus, vt voluntate Mts
Regiae, num ea hora Internuncios nostros audire benig-
nissimè velit, perscrutari, & id nobis per præsentem tu-
bicum haud grauatè significare dignetur. Et cum hodie
quoque præter spem & voluntatem nostram atque ipsas
securitatis literas vtrinque maioribus ex tormentis deto-

tonatum sit, Nos facti illius rationes à tormentorum nostrorum præfectis exegimus, qui narrant, ceteruam quādam Maiestatis R. peditum, aciem in ipsorum conspectu sub ipsis quasi tormentis, proposito vexillo, explicasse, eoq; se permotos fuisse, ipsos tormentis propellere & submoveare, ita ut non existimemus, id factum præter voluntatem nostram admissum Internuncijs nostris periculo futurum esse. Atque eapropter rogamus, ut nobis declarationē aliq; vel nouas potius publicæ fidei literas mittere velit, præser-tim cum videamus, inducias non ad eum quo conueniebat modum, ab illa parte obseruari, cum Hungari hodie qui Haiduci vulgo appellantur Scapham ex Motla fluvio ex-traxerint, & eam suis vībus destinare velint. Quod ut illis Magnifica Dom' vestra interdicat maximopè roga-mus, ne inde alicuius turbæ occasio proueniat. Et nos eam diligentiam studium atque laborem perpetuo promereri conabimur. Datum die xxvij.

Lunij Anno 1577.

Stephanus D E I Gratia Rex Poloniæ,
Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ Prussiæ
Masouiæ Samogitiæ &c. Transylua-niæque Princeps.

Signifi-

Significamus tenore præsentium, quorum interest
vniuersis. Quia cum hesterna die à militibus Gedan-
nensium contra conditiones Salui conductus eiaculatio-
cæpta esset, idque Gedanenses inslyis ipsis factum demon-
strassent, ne quæ dubitatio inde illis oriatur, de Saluo cō-
ductu nunciorum mittēdorum eis ad hodiernum diem in-
clusiue concessso, hanc nos pro clementia nostra & ad in-
tercessionem certorum Consiliariorum nostrorum tollen-
dum declarandum putauimus, Saluum cōductum illum
firmum manere debere, habereq; illos à nobis plenam &
omnimodam securitatem, nuncios ad nos mittendi die ho-
dierna cum finali responso, de pacata reddenda Ciuitate,
milite dimittendo, subiectione facienda, iuxia declarationē
voluntatis nostræ illis per Legatos nostros factam ac in
spem certam gratie nostræ, ita vt illis per eosdem legatos
nostros, & nos ipsos declaratum est, ita vt tuto & liberè
venire ac redire possint, idq; die hodierna inclusiue. Intra
quod tempus obseruari etiam volumus, vt milites nostri
in suis munitionibus & fossis qui sunt in propinquo vr-
bis se contineant, & similiter etiam Gedanen in suis mœ-
nys, ac ex nostris munitionibus in urbem & ex urbe in
munitiones nostras à iaculationibus abstineatur. Quam-
obrem id ad vniuersorum nostrorum Officialium subdia-
torum ac militum notitiam deducimus, vt hunc nostrum
Saluum conductum præfatis nuncijs quoscunque mise-
rint conseruent.

Præ-

Pro gratia nostra & sub pœnis in violatores Salui con-
ductus sancitus. Datū in Castris ad Gedanum die xxvij.
mensis Iunij Anno Dñj 1577. Regni nostri anno 2.
Stephanus Rex.

DIE itaque Iunij vigesima octaua, idem qui antea
fuerant Internuncij, cum sequentibus mandatis, in
castra denuò mittantur.

Instructio eorum quæ Sereniss: M:ti Re-
giæ Ciuitatis Gedaneñ Internuncij Stre-
nui, Spectabiles, Clarissimi ac Famati
Dñj & viri Ioannes Proit Eques auratus
& Proconsul, Ioachimus Eler Consul,
Henricus Lemke I. V. Doctor & Syn-
dicus, Hieronymus Fick Scabinus, &
Ciriacus à Vechteld è Centumuirorum
numero, debita cum obseruantia expo-
nere debebunt.

Post debitam declarationem, fidei, obedientiae & sub-
iectionis nostræ, Sereniss: Reg. M:ti D. Internuncij
nostræ demississimis verbis exponent, quod Internuncij,
qui non ita pridem, ea quæ à nobis in mandatis habuerūt
M:ti Regiae debita cum venerationis obseruātia propo-
sunt, Ciuitatis Ordinib. & reliquis omnib. quorū quoquo
modo

modo interest fideliter explicauerint, quod postea quoq; ex
securitatis ad nos transmissis literis plenius intellectimus,
quid nuper actum, quomodo M̄t̄s R. eos non tantum ad
priuatum colloquium clementissimè admiserit, sed Regiā
quoque suam gratiam omnibus huius Ciuitatis incolis be-
nignissimè offerre dignata fuerit, quo nomine Sereniss:
M̄t̄s R. Dom. Internuncij nostri humillimis verbis im-
mortales agent gratias, Et submissè ac suppliibus precib.
iterum rogabunt, dignetur Sereniss: R. M̄t̄s nostri &
cōmunis Ciuitatis clementissimam habere rationem, & ea
remedia benignissimè admittere & adhibere, quib. fune-
stum hoc bellum & cōmunis Terrarum calamitas è medio
tolli, & M̄t̄ Reg. omnes Ciuitatis incole, bona cum gra-
tia, sublatis omnibus & singulis quæ hacienus exortæ
sunt offensis, reconciliari possint, Ac quemadmodum Se-
reniss: M̄t̄em R. singulari quadam clemētia erga has Ter-
ras & hanc præcipue Ciuitatem tanquam singulare Reg-
ni ornementum permotam esse intellectimus, vt eius exci-
dium & interitum præcauere potius, q; causam & ancam
eius aliq; p̄bere velit, ita D. Internuncij quoq; p̄sentes, in
quas pròb dolor incidim? difficultates & incōmoda deplo-
rabunt, et nihil magis nos à Deo īmortalí expetere dicent
q; vt quātocius bona cum M̄t̄s R. gratia penitus sopiātur
& complanētur. Ostendent ante hac quoq; temporibus D.
Antecessorū ratione Iurium et Prinilegiorū controversiā
non semel exortā esse, sed eam ob causam bellum Ciuitati
nunq; illatum fuisse, quēadmodum nunc cum totius Pro-

uincie malo fiat. Imperiū aūspicante D. Sigismundo Au-
gusto Rege laudabilis memorie, de iuriū & Priuilegiorū
indemnitate & cōseruatione in quartum vñq; annū aēlū,
& iuramenti etiam p̄aestationē tantisper dilatam fuisse,
sed propterea non tantum armis non decertatum esse, sed
ne suspitionē quidem aliquam de fide et subiectione nostra
incidisse, cum ita nos semper cum Maioribus nostris gesse-
rimus, ne aliq; de nobis suspicandi ansam eo nomine vñq;
pr̄aberemus, Quemadmodum & hoc tempore ne minimū
quidē indicium alicui⁹ secessionis aut perfidiae nos p̄buisse
scimus, vt arma propterea nobis intētari debuerint, sicuti
cum harum Terrarum & huius Ciuitatis exitio fermē fa-
cīum est, cum subiectionē nunq; detreclauerimus neq; nunc
etīā detreclauerimus, multo vero minus aliorum Principū au-
xilia implorauerimus, vel secessionē ab vñione cōmunis
Reipub. parare constituerimus, Eamq; ob Causam D. In-
ternucij nostri demississimis verbis rogabunt et obsecra-
bunt, ne nos M̄t̄as R. armis amplius p̄sequi, sed ea potius
remedia adhibere clemētissimē dignetur, quibus in grām
M̄t̄is R. suscepiti fideliū clientū ac subditorū numero ha-
beamur, qui suam obedientiā & subiectionē M̄t̄i eius R.
ita p̄bare cōstituerint, ne de illorū fide & integritate vlo
vñq; tempore vel minimū dubitare possit, modo nos penes
Priuilegia, iura, & antiquas benē receptas cōsuetudines,
abolitis quae in contrarium irrepserunt grauaminibus, con-
seruare clemētissimē dignetur, quod vt benignissimē faci-
at D. Internucij diligētissimis verbis humillimē rogabūt.

Ad

Ad propositas deinde conditiones, ut per Internunci-
cios nostros finaliter respondeamus, ac in primis de pacata
reddenda Ciuitate & milite dimittendo D. Internuncij di-
cent, nos iam pridem ab eo tempore quo Internuncios no-
stros Thoruniū ablegauimus, in animo habnisse, ut mili-
tem mitteremus, & nos eo onere liberaremus, nisi nobis
eum retinendi occasio, assiduis rapinis, incendis, & alijs
hostilitatis generibus, præ ipsis quasi foribus data fuisset,
quēadmodū adhuc quoq; indies magis magisq;, prob̄ dolor,
videmus, Quæ occasio si iamdiu oblata fuisset, nihil gra-
tius nobis accidere potuisset quam ys sumpiibus carere &
pristino tranquillitatis statu perfrui, quēadmodum in ea
quoq; sentētia etiānum p̄sistimus, Atq; ea ppter D. Inter-
nuncij nostri demississimis verbis supplicabunt, ut eā no-
bis spem suæ gratiæ Sereniss: M. R. clementissimè facere
dignetur, ut miles ea q̄ fieri poterit opportunitate ex Pro-
vincia abducatur, & nostro nīe viçissim recipient & fidē
ac honorē obstringēt, nos quāprimum eo metu liberati fu-
erimus, et liberum Priuilegiorū ac libertatum v̄sum obti-
nuerimus. oēm datus operā, ut bonos & honestos viros
debet, ut quāprimum per æris & tēporis rationes licuerit,
militem absq; aliqua mora mittamus & Ciuitatē pacatam
reddamus, Militem enim hoc ipso momēto mittere rem esse
planè impossibilē ipsa S. R. M. pro singulari sua prudē-
tia ac sapientia melius, q̄ nos ipsi, nouit, quid ad eam rem
cōmodè pficiendam requiratur et multifariā ptineat intel-
ligit. Necesse enī est ut pecunia cogatur, rationes conferā-
tur, tempus stipēdijs assignatum expecletur &c. neq; exi-
stiam⁹ M. R. nos ad ip̄ossibilia, quorum ipso iure nulla
est obligatio, adacturam esse. Et

Et licet M̄t̄s R. suum militem abducat & in alium locū transferat, nostro non per omnia misso, cum id ob supra dictas caussas tam subitō fieri nequeat, nihil tamen ea in re erit periculi vel damni, cum nihil per fraudem aut malitiam agere constituerimus, neque militem initio quenq̄ laedendi sed nostri tantū defendendi gratia cōscripserim⁹.

Similem quoque subiectionis nostrae facendae esse rationē D. Internuncij dicent, & nihil nos tam cupiuissē antehac et nunc etiam cupere, quam vt de subiectione nostra certi esse possim⁹, nec in nobis quidq̄ desiderari passuros esse, modo Sacra R. M̄t̄s ex singulari gratia & ingenerata Regia clementia proscriptiōnī Decretum, & omnes quoquo modo contractas offensas tam publicè quam priuationē tollere & auferre, & nos de libero Religionis Priuilegorum libertatum & consuetudinum v̄su, abrogatis que in contrarium irrepserunt grauaminibus, tutos reddere clementissimē dignetur. Et cum Sereniss R. M̄t̄s suę gratia & clemētie optimam spem nobis tam per Internuncios quam etiam transmissas securitatis literas facere dignata fuerit, D. Internuncij demississimē supplicabunt, vt saltem ante iuramenti præstationem nobis Reuersalibus suis literis id cautum esse velit, vt vbi iusurādum præstiterimus, & subiectionē fecerimus, nobis Augustan.e Confessionis Priuilegorum & libertatum vsum liberum esse debere, ne de eā um cōseruatione dubium aliquod h̄ereat. Cum absque ea cautione impossibile sit trinueris

aerios Ciuitatis incolas, qui nihil magis quam liberū Reli-
gionis & Priuilegorum usum expetunt, ad faciendam
subiectionem & præstandum iuramentum perducere.
Nihil dubitantes quin Sacra R. Mtas ea in re nobis gra-
tiam & clementiam suam Regiam benignissimè declara-
tura sit, ut Deo benè iuuante, per eam cautionem omne
quod haclenus controuersum & dubium quoquo modo
fuit, è medio tollatur, & toti Prouincie ac Ciuitati quam
optime consulatur.

Induciarum etiam nomine, qnas nobis Serenissima
R. Mtas ad responsum per Internuncios adferendum cle-
mentissimè concedere dignata est, D. Internuncij humili-
mis verbis permagnas & immortales agent gratias. Cum
vero laterna cum portu, cuius nobis non minor quam Ci-
uitatis ratio habeda est, exclusa prorsus fuerit, D. Inter-
nuncij demississimè supplicabunt, dignetur Sereniss: R.
Mtas Priuilegorū nostrorū & per omnia clementissimā
rationem habere, & liberum nauigationis usum minimè
prohibere, Quin potius Ernesto VVeiero interdicere, ut
ab omni hostilitate aduersus nos abstineat, Alioquin para-
nam de nostrorum Priuilegorum conseruatione spem su-
perfuturam, sed hæc cogitatio sensus afficiet, cum hic in-
ducie sint, ibi vero absq; aliqua intermissione premamur,
non eandem Priuilegorum & tranquillitatibus haberis rati-
onem, non ubique pacis rationes integras esse. Atque ans
ab causam iterum atque iterum demississimis verbis sup-
plicabunt,

plicabunt, ac submissè rogabunt, vt ea demum remedia adhibere Sac. R. M̄t̄s clementiss: dignetur, quibus omnes offensæ & difficultates prorsus tollantur, & pax & trāquillitas publica per Dei gratiam quam primum restituantur. In quorum omnium fidem &c. Sigillum quo omnes Ordines uti consueuerunt appressum est. Datum Gedani die xxvij. mensis Iunij Anno Dñj 1577.

A Dea Magnificus Dominus Procacellarius his ferè verbis respondit. Quæ Sacrae Regiae M̄t̄s sit voluntas ex Internuncijs & oratione Regiae M̄t̄s percipere potuisti. Licitando nihil proficietis. Conditiones accipere non ferre debetis. Nisi Ciuitatem pacatam reddideritis, Militem demiseritis, Iuramentum præstiteritis, & portas aperueritis, nihil spirandum est vobis, Et S. Reg. M̄t̄m eam oportet inire rationem, quæ dignitati Regiae Reipub: præsentiq: negotio conueniat.

Ex quibus cum Ordines intelligeret in priori proposito perseverari, quod tale erat, vt Ciuitas in gratiam R. M̄t̄s sese dederet, neque constabat qualis isthæc gratia futura esset, Priuilegorum enim ac libertatum indemnitati adeò non prospiciebatur, vt in dubium aperte reuocarentur, visum fuit ad R. M̄t̄m denuò literas mittere, quarum exēplum paulò post sequitur. Etenim si deinceps eodem quo iam antea modo, Ciuitas hostilia pati cogeretur, nihil minus, q̄ R. M̄t̄s gratiam, sperandum videbatur:

Quinimō

Quinimò manifestè apparebat, à perpetuis aduersarijs nostris hoc saltem vnum agi, vt quibus animis iam ab exordio rerum harum à cōmunione Cīuitatem expulerunt, nec membra iure vel loco dignari voluerunt, yssdem etiam Maiorum nostrorum existimatione, Priuilegijs & libertatibus spoliarent, ac hostili machinatione funditus tandem fortunis omnibus euerterent. Quibus si non meliora Cīuitati essent expectanda, nō rebantur Ordines sibi virtus verti posse, nedum ad rebellionis vel perfidiae crimen trahi, Si per pensis rerum omnium difficultatibus, & periculis extremis, alia sequi consilia cogerentur, quæ, tranquillo Regni & Prouinciae totius statu, saluis etiam iuriis suis alias defugere maluissent.

Literæ ad Maiestatem Regiam perscriptæ tales erant.

S Erenissime Potentissimeq; Rex ac Domine Domine clementissime. Sereniss: Mū vestræ fidelissima subiec̄tionis nostræ obsequia animis vt debemus paratissimis submissè deferentes, omnia glorioſissimæ gubernationis incremēta humillimè comprecamur. Serenissime Rex ac clementissime Domine, Cum Serenissima Regia Maiestas vestra non ita pridem à nobis per Internuncios nostros finale Responsum exegerit, num constitutum habemus iusurandum dare, militem mittere, & pacatā Cīuitatem reddere, & nobis nihil potius vñquam fuisset, quam

quam pacem & éaquilitatem publicam retinere, summis
adnixi sumus viribus, vt ita sententiam nostram dicere-
mus, ne Sac. Mtm R. offenderemus, sed vt omnia illa-
quæ hac tenus fuerunt dubia atque controuersa, per DEI
gratiam, & Mtis vestrae ingenitæ benignitatis indulgen-
tiam tandem sopirentur & cōplanarentur: Eamq; ob rem
eam esse nostram sententiam humillimè ostendimus, quod
fidelitatis iuramentum præstare cuperemus, modo proseri-
ptionis Decretum, cum reliquis quæ hac tenus intercesse-
runt offensis, tollerentur, et nobis de libero Religionis iu-
rium, Priuilegiorum, libertatum & antiquarum bene-
receptarum consuetudinum vnu idoneè caueretur.

Simili ratione de secundo diximus, nos nihil ma-
gis in votis babere, quam vt prima quaq; data opportuni-
tate Ciuitatem pacatam redderemus, & militem mittere-
mus, modo præsens belli terror auferretur, et nobis id per
temporis & calculi rationes facere omnino esset integrum.
Atque certam spem conceperamus eorum & à Mtē vestra
Regia & Dominis Consiliarijs eam rationem habitum iri,
qua, recuperata Mtis vestrae gratia atque clementia, om-
nes & singulæ offensæ & armorum hic strepitus tollerē-
tur, & pax atque tranquillitas per omnia, Deo in primis
iuante, restituerentur.

Verum præter omnem spem & expectationem, nō
sine ingenti omnium nostrum dolore accidit, quod per In-
ternuncios nostros id responsi nobis allatū sit. Licitando
nihil

nihil nos profecturos, & nullam spem superesse, nisi absg
mora iusurandum daremus, pacata reddita Ciuitate mili-
tem mitteremus, & portas Ciuitatis panderemus. Quam
autem nobis sit possibile fidelitatis iuramentum praestare,
anteq̄ proscriptionis Decretum cum reliquis offensis tolla-
tur, & nobis de iurium, Privilegiorum, & libertatum
vſu ſufficienter caueatur, ipsa Sacra R. M̄tas Veftra pro
ſingulari ſua Regia prudentia facile intelligit. Privilegia
maiores nostri non ære aliquo, ſed ſanguine ſuo redeme-
runt, que non ita noſtra ſunt, vt ea pro libitu noſtro ne-
gligere & proijcere poſſimus, ſed quemadmodū nobis ma-
iores noſtri eorum vſum ad fideles manus tradiſerunt, ita
& nobis ex iureiurando noſtro omni ope & opera eniti
conuenit, vt eorum liberum vſum & participationem ſi-
militer posteris noſtris tradamus, niſi velimus vt omnia
dira & maledicta in nos congerant, quod in libertate po-
ſiti, Privilegiorum & libertatum decentem rationem nō
habuerimus, ſed ipſis perpetuum feruitutis iugum impo-
ſuerimus.

Liceri quoque contra Miēm Vefram non cupimus,
neque ei vllas conditiones præſcribere, ſed humillimè fal-
tem rogamus, vt penes ea conſeruemur, que Maioribus
noſtris non à quoq̄ data vel donata ſunt, ſed que ipſi ſecū
ad inclytum Poloniæ Regnum vltrò ac ſua ſponte, maxi-
mo cum Terrarum omnium emolumento, attulerunt, in
quorū etiā libero vſu nobifcum ſuis posteris longè ſupra

Q

hominum

Hominum memoriam fuerunt, quæq; ipsis ab omnibus D.
Antecessoribus Regibus Poloniæ absque aliqua cuncta-
tione confirmata sunt.

Si quapiam in re vel errasse, vel officij nostri me-
tas transcendisse à Mte vestra R. existimari possemus, vt
propterea eorum usus & confirmatio nobis negari debe-
at, quod neutquam tamen factum esse putamus, nos certè
in rebus ys omnibus quoquo modo ad reconciliandum
animum Mts vestre pertinere potuerunt, in nobis nihil
desiderari passi sumus, Nam Internuncios nostros ad pu-
blica Thorunen Comitia alegauimus, vt quatenus sine
Civitatis infamia & ignominiae labore fieri posset, in om-
nium Statuum & Ordinum totius Regni ac reliquarum
Prouinciarum praesentia & conspectu humillimè depre-
carentur, qua in sententia etiamnum persistimus. Simili-
ratione Mts vestre Reg. fermè omnes facultates nostras
ut pote ducenta florenorum millia humillimo studio obtu-
limus, in nullum alium finem, quam vt Mte vestram
placare & omnibus enatis difficultatibus supremam tan-
dem manum imponeremus.

Coram ipso Deo nos conscientia nostra consola-
tur, quod eam ansam nunquam præbuerimus, qua nobis
Priuilegorum & libertatum nostrarum usus negari vel
interdici debeat, cum à communione communis Reipub. Reg-
ni Poloniæ secessionē parare, vel rationes nostras ab eius
rationibus sciungere, multò vero minus Mte vestre R.
lædere.

ledere nunquam in animum induxerimus. Ad ea omnia
que præter spem & expectationem nostrā acciderunt, nobis satis causæ, satis irritamentorum datum est: ita ut nō
videamus cuius rei p̄cipue insimulari possimus, nisi quod
electioni M̄tis Cæsareæ, propter bonum publicum, aliquā-
to diutius quam ceteri insistere coacti fuerimus, & quod
liberum Priuilegiorum nostrorum usum humillimo stu-
dio petierimus. Quod antehac quoq; factum esse memini-
mus, præsertim temporibus D. Sigismundi Augusti Re-
gis, quibus de Priuilegiorum, iurium & libertatū nostrarū
rationibus in quartum usque annum aëlum, & iur-
amenti etiam præstatio tantisper dilata, sed propterea de
fide & subiectione nostra nō dubitatum, neque armis de-
certatum fuit, quēadmodum nunc, prob̄ dolor, præter me-
ritum nostrum, cum harum Terrarum & huius Civitatis
calamitate atq; exitio fieri videmus. Sed eam adhuc spem
in singulari clementia ac mansuetudine Sac. R. M̄tis ve-
stra ponemus et desigemus, futurum ut nos hoc belli ter-
rore quam primum liberet, & fidelium subditorum ac cli-
entum numero, cum conseruatione iurium ac Priuilegio-
rum nostrorum, habeat.

Ad militis missionem & pacatam reddendam Ciuitatem quod attinet, id quoque, quēadmodum antehac per Internuncios nostros ostendimus, facere in animo habemus, modo p̄sens armorū strepitus auferatur, & id nobis per temporis & calculi rationes facere omnino liceat.

Q 2

Neque

Neg. videmus quid amplius eo nomine polliceri possumus,
cum necessum sit, ut tempus vniuersitatisq. stipendio con-
stitutum præstolemur, & ad eam rem apprimè necessariū
colligamus, & rationes ex integro conferamus. Id ubi per
supradictas rationes fieri poterit, nihil habebimus potius
aut antiquo, q̄ ut militem prima opportunitate data mit-
tamus, & Ciuitatem eo onere liberemus. Neg. quidq̄ erit
ea in re periculi, cum subiectionem nostram, saluis iurib.
& Priuilegiis nostris Sac. M̄ti vestræ R. humillimè deſe-
ramus, & fidelitatis iuramentum, rebus omnibus contro-
uersis ritè compositis, præstare cupiamus. Certò sperantes,
M̄tēm vestram R. nos ad impossibilia, quorum ipso iure
nulla est obligatio minimè adducturā, sed nobis suæ Re-
giae gratia atque clementia certam spem benignissimè fa-
eluram esse.

Quod etiam portas Ciuitatis pandere, & M̄tēm ve-
stram R. cum suo milite, vehementer exacerbato, intro-
mittere iubemur, id nō speramus Sac. M̄tēm vestram R.
strictè à nobis postulaturam, cum inter id & ut nos arbit-
rio M̄tis vestræ R. permittamus, nullam videamus dif-
ferentiam. Atq; inde nihil aliud colligere possumus, quam
ut non tantum iura, Priuilegia & libertates nostras, sed
etiam cum uxoribus et liberis omnes fortunas nostras ex-
tremo periculo exponamus, Cuius rei diuersum prorsus
sensum, & ex relatione Internunciorum nostrorum, &
summis securitatis literis humillimè perceperimus, q̄ certā
spem.

*Spem gratiae Regalis nobis facere iubebant. Si itaque certa
spes gratiae nobis offertur, cur non etiam Priuilegiorū &
iurium confirmatio illius gratiae certum argumentum atq;
inditum? Sed nihil dubitabimus, M̄tēm vestram R. ea
re minimè offendam iri, quod iurium Priuilegiorum,
coniugum, liberorum atque omnium deniq; fortunarum
nostrarum & quam rationem habeamus, Quin humillimè
confidimus M̄tēm vestram R. ea in re nobis suā gratiā
clementissimè facturam, & eas rationes benignissimè ini-
turam esse, quibus omnes enatæ difficultates cum hoc belli
terrore auferantur, & nobis in gratiam M̄tis vestræ su-
ceptis, proscriptionis Decretum, cum omnibus & singu-
lis offensis atque incōmodis, per Dei gratiam, tollantur,
sopiantur atque complanentur: Quod vt M̄tas R. clemē-
tissimè faciat, iterum ac iterum demississimis precibus hu-
millimè rogamus, Et nos ita quoque comparabimus, vt et
M̄tas R. & omnes mortales sentiant, nos nihil aliud quā
cōmunem tranquillitatem quæsiuisse, & fidelium subdi-
torum officio perfungi voluisse. Nihil ambigentes, quin
Sacra M̄tas vestra R. certam spem sue gratiae & clemen-
tiæ tacitis nostris votis clementissimè additura sit, ne cogi-
rationes nostras alio quam ad debitam fidem & subieclio-
nem nostram M̄ti vestræ R. humillimè præstandam
conuertere cogamur. Cui nos etiam atque etiam summa
animorū demissione reuerenter & quam possumus humil-
līmo studio cōmendamus. Deum ardentissimis votis pre-*

cantes, velit Sac. M̄tēm vestram Regiam ad nominis sui
diuinam gloriā, Reipublicæ salutem, & omnium nostro-
rum M̄tis vestræ fidelium subditorum consolationem, q̄
diutissimè seruare in columem, & optatissimis accessioni-
bus florentissimam. Datum Gedani die viij. mensis Iulij
Anno Dominij M. D. Lxxvij.

Serenissimæ R. M̄tis vestræ
fideles & humillimi
subditi

Proconsul, Consules, Scabini,
Centumuiri &c tota cōmunitas
Regiæ Ciuitatis Gedaneñ.

AD hæc literas Responsum allatum est aliquorum
Senatorum & officialium tale quale sequitur.

Responsum Senatorum ac Officialium
Regni Poloniæ, Magni Ducatus Litua-
niæ, Russiæ, Prussiæ &c. ad literas à Pro-
consulibus, Consulibus, Scabinis, Cen-
tumuiris ac Communitate Ciuitatis Ge-
danensis ad Sac. Reg. M̄tēm missas.

ALlata sunt heri ad Sac. Reg. M̄tēm, Dominū no-
strum clemētiss: vestræ literæ viij. die Iulij scriptæ.
Miramur vos identidem ea scribere, ad que iam non se-
mel vobis responsum est. Quid postremò etsi læsa toties
Repub. læsa M̄tē sua, à vobis Sereniss: Rex voluerit,
abunde

abunde vobis per Legatos declarauit. At quod ad ipsius
clementiam, in tantis vestris criminibus, erga vos orbi Ter-
rarum demonstrandam attineat, promisit saluos vos, cō-
iuges, liberos, fortunas vestras fore, salua etiam iura, ac
rationes augēdarum vestrarū facultatū, ac Iuris dicundi.
Hoc solum prouiso, ne Ciuitas in posterum statu illius, vt
nunc, opera aliquorum turbato, ad eandem insolentiam &
ingratitudinem erga Regnum demonstrandā adduci possit.
De Religiōe causari vos nibil necesse est, cum de ea semp
vobis caueatur. Confirmatio etiam Iurium, quæ, vt scribi-
tis, à Maioribus vestris vobis per manus tradita sint, &
in quoruſ ſu vobis cum vltra memoriā hominum fuerit,
vobis non negabatur. Quid igitur causamini, eius obtinē-
da grā vos arma ſumpſiſſe? Aut num ea à fidelib. Subdi-
ciis Regni armis fuit extorquenda? Armis ne à Maioribus
vestris Iura & Priuilegia extorta, nō fide, obsequio eme-
rita ſunt? D. Maximiliani Cæſaris et Sereniss: Regis ele-
ctionē quod attinet, in eo vos omnium Ordinū ac Terrarū
Regni, & ipsius Prussiae consensum ſequi oportuit. Sepa-
ratim huic tantum Ciuitati ſibi Regem creare non licuit.
Verum cum D. Maximilianus iam fatiſ cōceſſiſſet, memo-
ria repetite, q̄ etiam pōſt multa hostiliter erga M̄tēm R. et
Regnum admiferitis. Pro criminib. autē tam hiſce q̄ prios
ribus, quomodo R. M. et Regno etiānum ſatisfaciatis re-
putate. Ne militem quidē dimittere, aut pacatā reddere Ci-
uitatē vultis, niſi longo poſt iteruallo, vt vobis dennō ſta-
tim, ſi velletis, liberius deluſa R. M. ac Repub. ſpe pacan-
de eius, ac exauctorādi militis inſoleſcere liceat. Addi-

Additis præterea Regiæ M̄tī portas vos non aperturos,
An hoc in Priuilegijs vestris usquā reperitur? reperitur
de lautis in vrbe regi & aulæ præbendis, non de Rege
excludendo, An in consuetudine fuit? Nemo Regum Po-
loniæ iam ab initio, qui voluit, Gedanū non est ingressus,
& honorifice exceptus.

Cum Sereniss: Rex caueat saluti vestrae ac vestro-
rum & fortunis, nonnè aliæ rationes, ne vobis à quo pri-
uatum vis aut damna inferantur, reperirentur à Maiesta-
te Regia? An non aliundē q̄ ex indignitate Regiæ M̄tīs,
contra & vestra & oīa diuina ac humana Iura, & cōtra
morem Maiorum petētur? Quibus vero damnatis, salus,
fortunæ, Iura earum augendarum, Iurisdictio conserua-
tur, Quiq; ad iusurandum accersuntur, an non illis taci-
tè promittitur obliteratio sententie læse M̄tīs, & non
etiam apparet suis modis cōuinientibus Iuri publico Reg-
ni, dum ad iusurandum accederitis, eam sententiam tol-
lendam esse necessario, vt si nō vobis, certè Regno, p̄spice-
retur. Desinete igitur verbis & Regiam M̄tēm & nos
ducere, cum vestra mentes longè diuersæ sint, cum longè
diuersa moliamini. Quando vos verbis & studijs & fa-
ctis, errore cognito, ad officiū redire profitebimini, certā
ſhem de grā R. M̄tīs, de nostris studijs in petēdo pro vobis
concipere poteritis, Tractando & verbis ludendo nihil
efficietis. Datum in Castris ad Gedanum die xiiij. mensis
Iuly Anno Dñj M. D. Lxxvij.

Ad

A Deas literas, quæ nomine quorundam Senatorum
Ac Officialium, qui tum in castris ad urbem fue-
runt, id enim & inscriptio, et quindecim Sigilla adpres-
sa, quanqun nullius nomen subsignatum esset, demonstra-
bant, editæ sunt, & præter expectationem omnem fermè
reconciliandæ pacis spem præcidere videbantur, Ordines
necessario adducti sunt Cinitatis rationes, uti par est,
explicare.

AC primum quod illi scribunt, mirari se nos identi-
dem ea scribere, ad quæ iam non semel nobis respon-
sum sit: certè nos itide non miramur modò, sed vehemen-
ter etiam dolemus, quod sepius eadem & æquissima &
iustissima petendo, non æqui non iusti quicqu crebris preci-
bus impetrare potuerimus. Quid iam inde ab initio toties
à nobis humillimo studio petitum sit, multæ literæ nostræ,
multæ legationes, multæ supplicationes abundè testantur.
Nimirum ut saluo Religionis usu, libertates, Iura &
Priuilegia sarta tecta nobis essent, ut quicquid ex elelio-
nis disïdio fuisse ortum, nemini periculo vel fraudi fo-
ret, ut grauamina contra ius fasque irrogata abolerentur.
Quæ cum meram æquitatem cōtineant & alys itidem præ-
stata sint, haud improbè videri possunt, etiam à nobis
(hoc præsertim dubio rerum statu) fuisse præcipuis votis
desiderata.

Quid iam postremò Legati Regiae Mts attulerint,
R non

non sine dolore cōmemoramus. Verbis quidem gratiā Regiam & clementiam summam, reipsa autem Priuilegiorum & libertatis adeptionem. Ut iam taceamus, minas ab ipso cōmuniis humanitatis sensu vehementer alienas, quas ex Legatis vñus, multis audientibus, protulit, vrbē capta non solum infantes à cēde futuros haud immunes: sed nec illos quidem, quos adhuc ipsa natura à vincentium iniurijs grauidæ matris claustro protegeret. Quatenus hæc conueniant cum illorum promissione, qui saluos nos met, coniuges, liberos ac fortunas ex Regia clementia fore scribunt, quis non intelligit? Nostri, coniugum, liberorum ac fortunarum cura non immeritò magna nobis est, eritq; quamdiu Deus volet. Priuilegiorum autem, & à Maioribus acceptæ libertatis eò certè maior, quod his posterorū etiam causa vel maximè sit prospiciendum. Læsa vero Regiæ Mitis eò minus consciū nobis sumus, quod eius clementiam humillimis potius obsequijs demereri, quamullo grauiori dicto vel factio lädere, semper in animum induximus.

Addunt etiam Iura nostra salua nobis futura. Quid Iurium appellatione significet, apparet ex alijs alibi clarioribus argumentis. De Priuilegiorum autem & libertatum indemnitate, quorum caussa nunc potissimum agitur, nullo in toto isthac responso mentionem fieri, non potest nobis non esse magnoperè suspectum. Nam de rationibus augendarum facultatum quod subiicitur, quale tandem

tandem esse videri potest, emporio iam pridem peculiarib.
literis translato, & cōmercijs cum summo Ciuitatis detri-
mento, cōtra maiorum morem, inter exterorū cōmunicatis?
Ut taceamus quantæ pecuniarū summæ, præter maximas
alias impensas, placationis nomine fuerint à nobis postlu-
latæ, quæ penè facultates omnes excedunt. At profectò ni-
bil minus quam de rationibus facultatum nostrarum au-
gendis cogitatum fuit, cum non ita pridem molibus in Vi-
stulam cōieclis, de flumine penitus auertendo, & usu na-
uigationis eripiendo, consilia videmus suscepta, quo pacto
non portus solum noster inutilis erit, sed mercium deflui-
tatio plerisque Regni incolis planè pernitirosa. Quam vero
Iuris dicundi rationem saluam Ciuitati futuram pollicē-
tur, ipsa verba satis ostendunt, quibus inquiunt: hoc so-
lum prouisum iri, ne Ciuitas in posterum, statu illius, vt
nunc, opera aliquorum turbato, ad eandem insolentiam
& ingratitudinem erga Regnum domonstrādam adduci
possit. Quibus in verbis primum vetus illud iterari denuò
videmus, vt in aliquorum operam reiciatur, quod omnīū
consensu pro publico Ciuitatis cōmodo, pro tuendis Priu-
legijs & libertatibus publicis gestum fuit. Ex hoc funda-
mento processit illa, de qua sæpius alias dicimus, iam fer-
mè decennalis Cōmissio: hinc aliquorum ex magistratu
calamitates: hinc illa distractio Ciuium, vt y qui Regiae
Mtis partes fouerent, extra Ciuitatem intra certum tem-
pus euocarentur. Nec aliud fermè grauius telum vñq ab

aduersarijs usurpatum meminimus ad euentendam Ciuitatis libertatem, quam dissensionis inter Magistratum et ceteros Ciues concitandæ studium. Nec quicq; ad eam rem aliud maiorem vim habiturum semper existimarunt, quā ut totius cuiusq; rei culpa in paucos translata, populus in partem iret à Magistratu diuersam. Deinde quod prouidendum aiunt, ne Ciuitas in posterum ad eandem insolentiam & ingratitudinem erga Regnum adduci possit, in eo certè non modò non obscurè ostendunt, quid de Ciuitatis statu deinceps sperandum sit, quantum in illis est: sed etiam iniuria non mediocri nos omnes afficiunt. Insolentiam enim vocant, quod libertates & Privilégia nostra salua & illibata nobis esse cupimus, proq; tuendis illius laborem nullum refugimus. Enim uero si Privilégiorum & libertatis defendendæ studiū ad insolentiæ vitium trahendum sit, vix quisq; erit ex omnibus statibus & Ordinibus totius Regni, qui crimen hoc effugere possit. Ingratitudinem verò Maiorem nostrorū merita, quorum opera potissimum Prussia Regno accessit, per se, nobis etiam tantibus, satis diluunt. In cuius accessionis initio, cum ilustris sit ceterorum Prouinciarū statuum memoria, Ciuitatis huīus operam egregiè nauatam, Annales publici silentio minimè prætereunt. Ac ut nihil aliud magnificè de Maioribus nostris dicamus, illud saltē historiæ loquuntur, nisi ab ultima obsidione Marienburgēsi Ciuitas hæc stipendium præsidiarijs militibus confecisset, Diuo Casimiro.

miro de retinenda Prussia fuisse periclitandum. Quam
fidelem operam eodem bello cæteris in rebus præstiterint,
Priuilegorum diplomata, & plures eiusdem Casimiri li-
teræ satis superè testantur. Per centum & viginti tres
annos nullum obsequij debitum genus, nullum humilitatis
studium, erga Sereniss: Reges & Regnum scimus præ-
termissum. Neque nos met in hunc usque diem cōmerites
confidimus, ut ingratisudinis notam iure nobis pertime-
scendam existimemus. Vixim autem non immerito con-
queriniur, successu temporis libertates interim & Prouti-
cæ totius & nostras varijs modis imminutas, iura mani-
festè violata, Priuilegia ut plurimum euersa fuisse. Quæ
cum alibi prolixius recensita sint, nunc illud unicum non
sine mœrore, summo recordamur, quod ad Diuum Ma-
ximilianum Imperatorem augustissimæ recordationis an-
no superiori missi Legati, qui Regnum eius Maiestati de-
ferrent, inter cætera postulasse dicuntur, ut in tribus ma-
ioribus Prussia Ciuitatibus, exemplo minorum, Capitanei
constituerentur. An non apertè hoc aduersatur Priuile-
gio, quo cautum est, ne intra quinque milliaria in cōfinio
Ciuitatis, arcem seruitutis iudicium extruere licet? Quo
certè pacē non videmus, quatenus vel libertatis ratio no-
bis constare possit, vel Priuilegorum securitas. Cōfirma-
tionem deinceps Iurium (Nam de Religione, cuius liber
nobis usus iam concessus est, nihil amplius sinistre causg-
mur) non negatam nobis referunt. Eius rei præcipuum

R iii argumentum

argumentum est, quod exemplum Confirmationis in la-
tissima forma transmissum ad nos fuerit, In quo quid nō
iniuria desideremus, alibi copiosius explicauimus. Iura-
mentum certè Regium, nouo more introductum, quo sal-
tem ijs Priuilegijs prospicitur, quæ Iuribus vtriusq. gen-
tis Polonicae scilicet ac Lithuaniae non sunt contraria,
nobis cordi & cautioni fuisse, quis iure tandem improba-
bit? Præsertim cum nec cæteri quidem harum Terrarum
Status eius Iuramenti declarationem, qua Iurib. illorum
speciatim caueretur, literis publicis impetrare potuerint.
Nec est quod tantoperè confirmationē Iurium nobis obla-
tam prædissent, cum aliæ simul conditiones adiectæ fuerit,
nec honestæ nobis, nec omnino per rerum naturam possi-
biles, vt his non impletis, ne Priuilegorum quidem cōfir-
matio fuerit expectanda. Grauamina verò palam Priu-
ilegijs irrogata, cum non aboleantur, quem usum habebūt
Priuilegia? Res vtrique plane sunt contrarie Priuilegia
& grauamina, his non emendatis, illis frui nullo modo
possimus. Nec certè censuram vel decreta Comitiorum,
in ijs dijudicandis, sine summo Iuris nostri præiudicio,
credimus admitti, quandoquidem Maiores etiam nostri,
paulò superioribus annis voluerint de statu & libertati-
bus suis iudicio contendere cum quoquam, nec eorum subi-
re cognitionem, quorum superioritatem non agnoscerent,
Solum enim Regem & Dominum, et unum libertatis ac
Iurium tutorē habebant, alios indices vel arbitros vel in-
tei pretes

terpretes Priuilegiorum suorum ferre non tenebantur. Ac
Dinus Sigismundus inter eiusmodi contiouersias, in pu-
blicis consilijs nō semel dixit: Prutenos suos esse subditos,
eorum se non minorem, q̄ cæterorum Ordinum Regni cu-
ram habere, Iura & Priuilegia eorum salua & illibata-
se per omnia velle, iubereq;. Proinde cum Maiores nostri
suæ libertatis obtinendæ gratia, sexdecim annos cōtinuos
pro Mē Regni Poloniae bellum suis sumptibus gesserint,
& deinceps Sereniss: Regibus fidem & obsequium sum-
ma ope perpetuò præstiterint, Vnde illorum merita Sere-
nissimorum Regum liberalitas in Priuilegijs indulgendis
secuta est, nos etiam nihil contra fidem admittimus, cum
saluo obsequio Regiae Mī debito, libertates et Priuilegia
nostra, Maiorū fortuna ac Virtute parta, pro virili tue-
mur: præsertim cum nec literas saltē Reuersales, quib.
de Iurium indemnitate nobis idoneè caueretur, hacenus
yllis precib. consequi potuerimus. Quod ad electionis Re-
giæ diuersitatem attinet, nunq; à Reipub: consensu nos se-
iunximus, Iurium saltē cautionē desiderauimus. Nec pro-
fecto quicq; est amplius in hac vniuersa causa, quod in no-
bis reprehendere iure possint, nisi quod diutius q̄ alij, con-
stantius etiam fortasse Diui Maximiliani partes secuti si-
mus. Eius rei quas causas habuerimus, alibi copiosius ostē-
sum est. Post Coronationem autem Reg. Mīs, post aduē-
tum eiusdem in Prussiam, nihil aliud vñquā petiuimus,
quam quod illi ipsi, qui nos incusant, quēlibet Principem
subditissuis ex officio Regio debere palam assueuerant:

Veruntamen

Veruntamen his obiter prætermissis, memoria nos repetere iubent in eo responso, q̄ etiam pōst, cum Diuus Maximianus iam fatis concessisset, multa hostiliter erga Majestatem Regiam et Regnum admiserimus. At verò prius bona cum illorum gratia nobis repetere liceat, quam præcipitanter, dum in viuis adhuc esset Pientissimus Imperator, harum rerum ergo, nobiscum aclum fuerit, ex quo fonte cætera, de quibus nunc maximè laboramus, omnia defluxerunt.

Mense Septembri superioris anni venerant hic Legati, postulantes à nobis Iuramentum, quod Principi deberemus. Non detrectauimus officium facere, modò Iurium & Priuilegorum indemnitas rectè p̄staretur. Non prætendimus nos partes Cæsareæ Maiestatis adhuc tueri: sed consensum vniuersi Regni secuturos disertè professi sumus: Legati ne quidem responsum nostrum acceptare voluerunt, quod ad Regiam M̄tēm, eo, quo scriptum erat modo, referrent. Mox literæ Citationis editæ, quibus læsæ M̄tis & Rebellionis crimen, verbis ad summam ignominiam pertinētibus, nobis impingebatur. Ante diem edicti cedentem direptiones pagorum cæptæ sunt, & arma protinus illata. Vix dum nobis in tanta tamq̄ subita rerum perturbatione, quid faciendum esset, circumspicientibus, Proscriptionis decretum, indicia etiamnum causa tam festinanter promulgatur, ut penè prius irruptionem & cædem in minori Insula factam audiremus, quam nos proscriptos

Scriptos certò cognouissimus. Si tum viuo Cæsare, neq; re
transacta, pertinacius communis consensui restituisse, re-
fidei potius in Cæsarem, utiq; Regem solenniter eleætū nō
mis propensa, q; ullius rebellionis vitio tribuendum fuis-
set: Verum cum expressè partes eius desereremus, & ad
Regni cōsensum cōmunem accederemus, quid erat cause,
cur Proscriptionis decreto nos à Regni corpore, tanq; inu-
tile membrum, tam festinanter, vix intercedente quinque
dierum spacio, non auditos, nedum conuiclos abscederēt,
& omnium iniurijs exponerent? Ab eo tempore cum om-
nia hostilia indies magis ac magis experiremur, cum cæ-
des, incendia, rapine, deuastationes circa urbem non se-
cūs ac in hostico fierent, interim Internuncijs nostri ne iu-
re quidem gentium frui possent, Vrbs demum & portus
arctiori obsidione cingerentur, ac per multos dies tormento-
rum fulminib. oppugnarētur, et æquissimis quibuscunq;
petitionib. planè reieciis, cædes & excidium nobis omni-
bus, liberis, coniugibus aperte proponerētur, quid mirum
est nos de tuenda Ciuitate, de conseruandis tot hominum
millibus, de propulsando patriæ excidio iam ceruicib. im-
minente, naturali saltem modo cogitasse, nec hostes intra
portas recipiendos existimasse? At hoc in Priuilegijs no-
stris nunq; aiunt reperiri. Verum hoc est. Nunq; enim Se-
reniss: Reges, qui Priuilegia nobis dederunt, impellentib.
saltem aduersarijs, ad Vrbem oppugnandam accesserunt.
Neque nobis vñq; aliud fuisse propositum q; Reg. Mtem,

S quandocunq;

quā docūng, Ciuitatem ingredēretur, honorificentissimē
excipere, præbitisq; lautys fidem & obsequium & quē ac
Serenissimis Ante efforibus humillimo studio præstare,
nisi iam antea Ciuitatis rationibus nondum omnino cog-
nitis, aduersariorum impulsu, palam pro hostibus habiti
& aperto bello petiti fuissimus.

Quæ vero sequuntur in eo responso verba, quod
cum caueatur saluti & fortunis nostris, alias quoque ra-
tiones reperiri potuisse, ne nobis à quo priuatim vis vel
damna inferrentur. Non intelligimus qualis sit isthac
cautio fortunarum & salutis, cum de Priuilegijs & libero-
tatibus, sine quibus vitam & fortunas nihil moramur,
ne verbo quidem cautum sit. Atqui nunc in eum statum
res deuenerunt, is nunc est p̄trinque animorum habitus,
vt non immeritò & Priuilegiorum cautionem, & dam-
norum ac offensionum abolitionem certam & expressam
tām publicè quam priuatim desideremus. Hanc non ali-
unde quam à Regiæ M̄tis perpetua clementia petendam
existimauimus, neque cum eius indignitate, vel Iurium
quorumuis aut morum abusu coniungendam. Quod au-
tem subycitur, damnatis salutem, fortunas, iura earum
augendarum & iurisdictionem conseruari, non san-
magnam salutis spem ostendit. Damnatum quempā di-
ci, qui nunquam in iure sit auditus vel conuictus vehemē-
ter iniquū putamus. Quibus autem quasi damnatis salus
& fortune ex mera fortiè gratia relinquuntur, eos non
fidei

fidei solum existimatione laborare didicimus, sed etiam
Iuris dictione, Priuilegijs & libertatibus isthuc responso
penitus priuari manifestè videmus. Parum igitur refert,
obliterationem sententiae Mts tacitè promitti, vel suis
(nescimus quibus) modis abrogari, præsertim quod in-
quiunt, ut hoc modo, si non nobis, certè Regno prospicia-
tur. Quo nihil magis appositiè dici posse videtur, vel ad
confessionem perduellionis à nobis exprimendam, vel ser-
uitutem vtraque manu suscipiendam. Sanè libertatem à
Maioribus acceptam deserere duram: tanti vero sceleris
edere confessionem, etiam ignominiosum est. Consequitur
ergo verbis quidem eius responsi, gratiam, salutem, for-
tunarum abundantiam promitti, re ipsa periculum famæ,
existimationis & libertatis manifestè proponi. De fide
nostra profectò nihil illis dubitandum erat, quam tot re-
rum argumētis comprobata etiā nunc nō ignorant: Vti-
nam idem illis animus fuisset, in conseruandis Iuribus &
libertatibus nostris, qua cōditione Maiores nostri ad Reg-
num accesserunt, qui nobis semper fuit, & adhuc est, ad
fidem Regiae Mtī sincerè præstandam, & obsequium om-
nibus incliti Regni Senatoribus cōtestandum, nunquam
in has calamitates, quarum adhuc finis non appetet, de-
uenissimus.

Ex his omnes mortales intelligunt, quam spem re-
rum componendarum ex eo responso, quo de loquimur,
animis concipere potuerimus. Neg. certè persuadere nobis

S 2 possimus

possimus communi Dominorum Senatorum calculo
isthæc fieri, sed, quod certè comperimus, paucorum potius
consilio, in summam nostri inuidiam, ex cogitari. Tan-
tum abest, ut ex voluntate Sacrae Reg. Mīs ea profici
credamus. Nobis uti nihil unquam magis curæ fuit, quā
æquis & tollerabilibus rationibus pacem recuperari, nec
ideo quidquia in fide, in officio, in facultatibus & æquitate
positum detrectauimus: Ita salua Regiæ Mīs dignitate,
libertates, iura, Priuilegia nostra salua nobis ut relinque-
rentur, summa cum æquitate debitoque subiectionis studio
supplicauimus; neque nunc aliud supplicamus. Enim uero si
iam pridem proscripti, absentes damnati, à Regni cōmu-
nione palam repulsi, nos ad alia consilia conuertissemus,
iure nemo nos, ut opinamur, reprehēderet. At cum armis
hostiliter oppugnatis simus, cum extrema nobis, liberis, cō-
iugib⁹ & fortunis intenta fuerint, fidem ne nunc quidē
mutamus, eundem quem semper habuimus, animum con-
iunctionis cum inclito Regno, more Maiorum amplectē-
dæ constanter retinemus, digni modò censemur, qui sal-
uis iuribus & libertatibus, eodem loco, quo nostri Maio-
res, habeantur. Quod si ne nunc quidem æquismis precia-
bus nosti is locus relinquitur, quid tandem faciendum sit,
Necessitas in sa rerum omnium magistra, fortaſſe viam
inueniet. Rebus enim utique in impedito loco hærenti-
bus, etiam si in hominibus parum opis videatur, de diu-
nitatem auxilio desperare nefas est.

Quare


Quare cum omnes & singuli cuius-
cunque Status ac conditionis ho-
mines videant, nos hactenus in nobis ni-
hil desiderari passos fuisse, iterum ac ite-
rum deuotissimis precibus, demissè, di-
ligenter ac reuerenter oramus & obte-
stamur, dignentur auctoritatem & ope-
ram suam interponere, vt res hę satis iam,
pròh dolor, perturbatę ad pacificum tan-
dem statum reducantur, & omnes enatæ
difficultates bonis & æquis cōditionibus
sopiantur & complanentur. Dominos
vero Regni Senatores et officiales etiam
atque etiam perquam reuerenter horta-
mur & diligentissimis precibus oramus,
vt & nobis & totius Regni tranquilitati
quam optimè benignissimeq; consulant,
& animum Regiæ Maiestatis ad Regni
potius hostes oppugnandos quam sub-
dilos conterendos reuocent, neque pati-


antur ut paucorum arbitrio vel consilijs
membrum hoc, nunquam de Regno
malè meritum, ad nihilum redigatur,
DEVS faxit vr omnibus animorum of-
fensionibus reconciliatis, bonaque cum
gratia, sincera fide rebus compositis, pax
certa perpetuaque nobis & omnibus
Regni incolis quamprimum restitu-
atur. Datum Gedani mense Augu-
sto, Anno à Christo nato supra
Millesimum, Quingentesi-
mum, Septuagesimo
Septimo,



**SIT PAX ET VERITAS IN DIE.
BVS MEIS.**







600-



